Universidad de Deusto
Biblioteca

V.

NOVVM TESTAM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIA
SACRA
TOM. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ΤΗΣ ΚΑΙΝΗΣ

ΔΙΑΘΗΚΗΣ ΑΠΑΝΤΑ.

ܟܠܗ ܚܕܬܐ ܩܝܡܐ

NOVVM IESV CHRISTI D. N. TESTAMENTVM.

FACULTAD
DE
TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

SACRORVM BIBLIORVM TOMVS QVINTVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOVISSIME DIEBVS HIS LOCVTVS EST NOBIS DEVS IN FILIO,
QVEM CONSTITVIT HÆREDEM VNIVERSORVM. *Heb. i.*

Ex Bibliotheca Ssti Victor. Part.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD PHILIPPVM II. POTEN-
TISSIMVM HISPANIARVM REGEM,
GVIDONIS FABRITII BODERIANI
EPISTOLA.

CVM apud doctiſſimos quoſque viros hoc iamdiu in more poſitum viderim, REX potentiſſime, vt nullus eorum ſuas lucubrationes promiſcuæ multitudinis iudicio, & vulgi ſermonibus permittat, niſi prius eas præſtantiſſimi & ornatiſſimi alicuius viri patrocinio atque tutelæ commendarit. Atque ideo cæterorum exemplo cùm mihi faciendũ ſtatuiſſem,& multum diuque ipſe mecum hac de re cogitaſſem;tandem neminem eſſe inter mortales exiſtimaui,cui potius quàm Regiæ M. T. huius laboris mei protectio atque tutela committi deberet. Conuenire ſiquidem mihi videbatur,vt quemadmodum ſuprema M. T.auctoritate & munificẽtia totum opus perfectum abſolutumq; eſt,ita etiam ſub tutelari & Catholico Regiæ dignitatis tuæ nomine ab omni inuidia & obtrectatione ſaluum & incolume in publicam lucem prodiret. Itaque iſtam meam lucubrationem, licet Regia ſublimitate tua indignam, tuæ tamen Maieſt. pietate & humanitate fretus, ſub eius inclyti nominis tutela, tanquã ſub Aiacis clypeo, liberiùs & ſecurè publicæ lucis diſcrimini committo. Non caſu, nec leui de cauſa,REX præſtantiſsime,ſed diuino planè conſilio factum eſt,vt Catholica M. T. ſacrorum Bibliorum hoc tempore talem fieri editionem curauerit. Cùm enim à diuina ſapientia, per quam reges regnant, & potentes decernunt iuſtitiam, tot regnorum ac populorum cura & gubernatio vni tuę Maieſtati commiſſa ſit,vt vix Alexandri Magni felicitas, & Cæſaris Dictatoris in nationibus domandis præclaræ res geſtæ comparari poſsint cum iis triumphis & victoriis quæ ad Antipodas vſque ſub inuictiſsimi Imperatoris Caroli v. patris tui,felicis auguſtæque memoriæ, tuæ Maieſtatis ſignis & auſpiciis reportatæ fuerunt: hoc vnum ad ſummam laudem, & tot tantorumque triumphorum cumulum deſiderari videbatur, vt ſpiritalia quoque arma comparari iuberes, quibus animorum ſimul & corporum victoria potireris. Ex vniuerſi orbis terrarum nationibus duas tantummodò gentes diuinus Spiritus in Abdiæ vaticinio cõmemorauit, quibus potiſsimùm vteretur ad exteras quaſque nationes Auſtri in ordinem ſub ſe redigendas, Gallicam ſcilicet & Hiſpanicam, vt ex ſequentibus Abdiæ verbis conſtat;

„ וגלת החיל הזה לבני ישראל אשר כנענים עד צרפת וגלת ירושלם אשר בספרד ירשו את ערי הנגב ועלו
„ מושיעים בהר ציון לשפט את הר עשו והיתה ליי׳ המלוכה׃

Quæ Latinè ad verbum expreſſa ſic ſonant: Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael, qui Cananæi ſunt, (hoc eſt, humiliati & mercimoniis addicti) vſque in „ TZARPHATH,Galliam,& trãſmigratio Ieruſalem,quæ eſt in SEPHARAD, Hiſpania, „ hæreditate poſſidebunt ciuitates Auſtri. Et aſcendent ſalutem procurantes in montem „ Tzion,ad iudicandum montem Eſau, & erit Domino regnum. Quod quidem vaticinium nunc magna ex parte impletum, tum demum perfectè, & omnino impletum iri mihi mens præſagit, quando Catholicam tuam Maieſtatem, & Chriſtianiſsimum Galliarum Regem coniunctis animis ſua conſilia, ſuas opes, & conatus omnes ad extirpandam Turcarum & Maurorum, infeſtiſsimorum Chriſtiani nominis hoſtium, perniciоſiſsimam ſectam conuertere videbimus. Faxit Deus, vt & Rex Chriſtianiſsimus,prout hactenus fecit, ſplendori nominis ſui ſemper in poſterum reſpondeat, vtq;

verè Carol, quod Armenicè Potentem significat, ac verè קוריאל hoc est, Inuocatorem Dei se præbeat; atq; vt Hispani & Galli simul eorum omnium, qui densissima erroris caligine, falsisque diaboli præstigiis sunt obcæcati, salutem, & à diaboli tyrannide liberationem omnibus modis procurent. Sic demum futurum est, vt & gens Hispanica in dilatandis sub Christi imperio ditionis tuæ M. finibus, suum diuinitus acceptum Hebræum nomen, & omen, magis ac magis tueatur & illustret. Est enim ספרד, quo nomine Hispania Hebraicè appellatur, idem quod ספר רד portum seu limitem extendens. Syriacè verò à nauigãdi peritia sortita est denominationem. Dicitur enim ܐܣܦܢܝܐ Hisphania, & ܣܦܢܝܐ Sphania, à Sphiná Hebraicè & Chaldaicè, vnde Syris ܣܦܝܢܬܐ Sephinthó, & Arabibus Saphinathun, quod nauim seu nauium classem notat. Inde etiam naucleri ספנין Sapanin Chaldaicè, & ܣܦܢ Saponé Syriacè nuncupantur. Cuius duplicis etymologiæ gloriam quis nescit Hispanos iampridem esse consecutos? Quippe quorum partim res terra mariq; præclarè gestæ, partim harum fama & honorifica prædicatio, iisdem, quibus Solis cursus, regionibus ac terminis continentur. Nunc verò huius operis præstanti & futuris seculis admiranda dignitate quantum honoris & splendoris Celtiberorum nomini sit accessurum, nemo non videt. Verè namq; hoc Regiũ opus est ספרד, Hispanicúmue, seu ספר רדי Liber Dominans. Quandiu enim durabit mundus, cæteris omnibus libris dominabitur, sicut auibus cæteris aquila, quadrupedibus leo, piscibus delphis, arboribus palma, lilium floribus, brutis animantibus homo, cunctis verò hominibus Christus Iesus θεάνθρωπος. Imò, vt amplius dicam, in æternum durabit. Cælum enim & terra, inquit Veritas, præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt. Istius dominatoris libri adiumento Iudæi, Turcæ, Tartari, Pseudo-christiani & hæretici, aliæq; Barbaræ nationes omnes Christo tandem diuina prouidentia subiicientur. Eius quoque felici propagatione & hoc oraculum

» implebitur, Ab Oriente emittam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Ab Ie-
» rusalem tanquam à centro (Deus enim operatus est salutem in medio terræ) Euange-

licum semen in totum orbem quõdam dispersum fuit. Nunc autem è צרפת siue Gallia repurgata, quemadmodum aurum in fornace repurgatur, & è ספרד siue Hispania longè lateq; fines suos diffundente, hic Sepharadæus & Tzarphathæus, hoc est, Dominans & Repurgans codex prodiens, ter triplicis linguæ beneficio ex septuaginta duabus nationibus orbis terrarum electos omnes, preciosum Dei semen, in vnum congregabit. Equidem auguror appropinquare nunc tempus acceptabile, & dies salutis, quibus Euangelium regni per vniuersarum terrarum orbem prædicabitur: futurumque breui vt omnis lingua confiteatur IESVM Christum humani generis instauratorem, vt in nomine eius omne genu flectatur, omne cor eundem amplectatur, mens omnis in eius beneficiis, & admirandis operibus contemplandis occupetur; denique vt omnis potestas ei subiiciatur. Cuius immensam bonitatem supplex oro, vt Catholicam tuam M. prospero & læto suarum rerum omnium successu vtentem, in multos annos conseruet incolumem: vtque pro mercede huius libri dominatoris, qui auspiciis tuis nunc in lucem prodit, Regium nomen tuum in libro vitæ descriptum, & in præsenti & in futuro seculo vera immortaliq; gloria resplendere faciat. Antverpiæ. cIↃ. IↃ. LXXI. Calendis Iulij.

AD SA-

AD SACRARVM LINGVARVM STVDIOSVM LECTOREM,

GVIDONIS FABRITII BODERIANI natione Galli, In Noui Testamenti Syriaci Latinam interpretationem,

PRÆFATIO.

RERVM omnium conditoris Dei tanta est bonitas, tanta tamque admirabilis prouidentia, tantus denique erga genus humanum amor, Lector, vt etiam ex rebus suapte natura malis atque noxiis, summum hominibus bonum frequenter eliciat. Quantum incommodi audax & impium facinus eorum, qui immani superbia turrim Babylonicam extruere sunt moliti, quantumque damni illa linguarum confusio & diuersitas, quæ inde nata est, humanæ societati inuexerit, nemo est, qui aliquam rerum huius mundi experientiam habeat, cui non sit compertum. Cùm enim omnium animantium, homines soli diuino beneficio rationis & orationis sint participes, ea primùm causa, vt Dei Opt. Max. miranda opera ratione considerantes, oratione ei gratias assiduè agant, eiusque clementiam summo prosequantur amore: deinde vt alij alios tanta eius in se beneficia doceant, ac mutuæ charitatis nexu simul deuincti, & societatem colant, vitæque præsentis commoda inter se communicent. Hanc societatem, mirum dictu, quantopere diremerit, & etiamnum hodie dirimat sermonis dissimilitudo. Rectè siquidem Augustinus, Linguarum diuersitas hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet inuicem fiant obuiam, neque præterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit linguam alterius: faciliùs sibi animalia muta etiam diuersi generis, quàm illi cùm sint homines ambo, sociantur. Quando enim quæ sentiunt, inter se communicare non possunt, propter solam linguarum diuersitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturæ: ita vt libentiùs homo sit cum cane suo, quàm cum homine alieno. Cui consentiens Plinius, Tanta est, inquit, loquendi varietas, vt externus alieno non sit hominis vice. Quæ linguarum varietas si semel esset sublata, vniuersus terrarum orbis, tanquam ciuitas vna, omnibus sufficeret, omnesq; verè Cosmopolitani tunc essemus, quando vno & eodem idiomatis genere coniuncti, alij alios mutuò intelligeremus, quocunque proficisceremur. Et cùm Deus, in cuius cognitione, amore, & adoratione vera religio versatur, sit vnus essentia, omnes quoque res eò sint perfectiores, quò propiùs ad vnitatem accedunt, admodum perfectus ac felix, cælestique proximus esset rerum humanarum status, si omnes Deum mundi Creatorem, & supremum moderatorem, vno modo, vno ritu, vnoque sermonis genere colerent atque adorarent. Nec esset multum dissimilis ab eo, quem aliquando futurum vaticinatus est Sophonias propheta his verbis:

לכן דכו לי נאם יהוה ליום קומי לעד כי משפטי לאסוף גוים לקבצי ממלכות לשפך עליהם זעמי כל
חרון אפי כי באש קנאתי תאכל כל הארץ כי אז אהפך על עמים שפה ברורה לקרא כלם בשם
יהוה לעבדו שכם אחד׃

Id est, Expectate me, inquit Dominus, in diem resurrectionis meæ in futurum: quia iudicium meum, vt congregem gentes, vt colligam regna, ad effundendum super ea indignationem meam, omnem iram furoris mei, quoniam in igne zeli mei deuorabitur vniuersa terra: quia tunc conuertam ad populos labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. A cuius quidem felici statu præsentem rerum humanarum conditionem, proh dolor, plurimum abesse videmus. Sed vt vtilitatem vel ex ipso damno caperemus, ac diuisionis instrumentum in vnionis & collectionis organum commutaretur, summus ille & admirabilis artifex, qui ad impiorum hominum reprimendam audaciam linguarum confusionem immiserat, vt ad se miserum mortale genus bominum colligeret, à quo propter ingrati animi vitium descierat, ac procul seiunctum erat; postquam æternum suum verbum splendorem gloriæ, & figuram substantiæ suæ, vt nostram naturam assumeret; è sublimi Maiestatis throno misisset ad nos: diuina Spiritus sancti charismata, donumque linguarum omnium per totum orbem dispersarum in Apostolos & Discipulos suos effundere dignatus est; vt ipsi, quos ad id delegerat, omnes omnium gentium quantumuis longè dissitas nationes linguarum beneficio ad eum reducerent, ac vniuersas oues, pro quibus bonus ille pastor animam suam posuerat, in vnum ouile congregarent. Et quemadmodum in illa superbiæ & impietatis mole, in qua rebelles in Deum & naturam conspiratores conuenerant, linguarum chaos & permixta confusio contigerat: Sic in cœnaculo pacis, humilitatis, & pietatis, vbi congregati erant Apostoli & Discipuli, qui vno consensu animos ad Dominum, non contra Dominum erigebant, facta est in linguis igneis multiplicis sermonis distributio. Quo quidem insigni & admirabili miraculo, & suam immensam potentiam, & erga genus humanum ineffabilem charitatem Deus manifestè declarauit. Illa autem confusio 72. linguarum diuersa generum in totum orbem disseminauit, qui ob eam causam in 72. nationes diuisus est, per totidem duces & viros principes ex filiis & nepotibus Noachi, qui septuaginta duas colonias ex Armenia Saga in varias mundi partes deduxerunt,

De Ciuit. Dei lib. 19. cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duxerunt, vt vniuersam terram memoranda clade desertam, incolis & habitatoribus denuo replerent. Quanquam non sum nescius de numero nationũ discrepare doctorum virorũ sententias. Alij siquidem 70. tantùm, alij 71. alij 73. alij deniq; 74. recensent. Cõmunis tamen & magis recepta opinio cùm inter Hebræos, tum etiam inter Ecclesiæ proceres, septuaginta duas enumerat, vt & ipse testatur Augustinus. Quinimo ipsemet Moses idem videtur asserere, vbi Dei laudes decantans ait: Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum secundum numerum filiorum Israel: vel, vt interpretati sunt Græci, secundum numerum filiorum Dei. Certum est autem, siue Græcam interpretationem, siue Hebraicum ἀκριβέστερον sequamur, hoc loco numerum 72. esse designatum, neque maiorem, neque minorem. Constat enim populum Israeliticum, qui populus electus, peculium Dei, Deique hæreditas appellatur, primo ordine in duodecim semper diuisum fuisse, ac postea in septuaginta duo. In duodecim quidem tribus ac Polemarchos totidem, quorum vnusquisque sex præfectos alios sibi subditos habebat, qui simul collecti 72. efficiunt, eundem prorsus numerum, quo continebantur Israelitæ, quando ingressi sunt Ægyptum, vt ex hoc loco manifestissimè patet. Omnes animæ domus Iaacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuêre septuaginta: quibus addendi sunt duo filij Ioseph, quos filia Putipherá sacerdotis Heliopoleos in eadem prouincia ei pepererat. Nam quemadmodum totus illius gentis politicus ordo à maximo illo Legislatore, qui ad supremi montis contemplationem ascendebat, oreque ad os cum Deo loquebatur, tanquam homo aliquis cum socio suo, descriptus ac distinctus fuit: Sic etiam ad formam & Ideam tam mundi Archetypi, quàm cæli spectabilis, cuius exemplar ostensum ei fuerat in monte, suis omnibus numeris constans effictius est & absolutus. Archetypi quidem mundi, in quo sacrosanctæ ac semper adorandæ Trinitatis imperio & legibus subsunt nouem Angelorum Hierarchiæ, ac septuaginta duo præcipui custodes 72. nationum, qui vniuersum orbem terrarum inhabitant, vt ex Daniele probatur, vbi mentionem facit Angeli Persarum; & ex Apocalypsi, per Angelos Ecclesiarum Asiæ tutores: prout & inter Hebræos antiquiores Simeon Ben-Iochai in Zohare, & Ioseph Ben-Karmitol in שערי צדק siue Portis Iustitiæ (quamuis iste 70. tantùm enumeret) clarissimè ac luculenter explicant. Cæli autem spectabilis, in quo sub 12. signis Zodiaci septuaginta duæ distinguntur partes, quæ à Græcis δωδεκατημόρια vocantur, & quarum vnicuique signo sex in Mathematicis tribuuntur. Hinc 12. lapides precioſi in pontificali veste Aharonis, quibus insculpta erant 12. tribuum nomina. Hinc 70. Seniores, siue magnæ Synagogæ viri, qui ab ipsis Iudæis סנהדרין, à Græcis verò συνέδριον dicuntur, quique cum duobus filiis Aharon 72. capita conficiunt. Ad hanc autem senatoriam dignitatem tantùm eligebantur viri moribus, ætate, atque sapientia clarissimi, & qui totidem linguarum, quot ipsi erant, cognitionem haberent, ne oporteret eos interpretes alios audire, vt ex veterum Iudæorum Commentariis notauit Galatinus. Hinc 72. interpretes ex 12. tribubus delecti, ex vnaquaque seni, & ab Eleazaro summo Iudæorum Pontifice ad Ptolemæum Philadelphum Ægypti regem missi, vt ex Hebræo in Græcum sermonem sacra Biblia transferrent. Hinc est denique cur Seruator mundi ac Sol iustitiæ Christus cùm perfectam & Hierarchicam Ecclesiæ suæ politiam constitueret, vltra duodecim Apostolorum numerum, delegerit 72. discipulos, quorum ministerio 72. nationes, totidemque linguas ad vnam fidem, vnam Euangelicam legem, vnumque baptisma sub vno Deo & vno Pastore vndique colligeret. Et per quos, tanquam per optimos architectos ædificaret, non portentosæ ac superbæ cuiusdam molis turrim, sed veram Noachi ex diluuij fluctibus erepti arcam, & sanctam Ierusalem duodecim portarum ciuitatem, cuius fundamenta super profundæ humilitatis aream iacta fuerunt, & cuius ædificium 12. columnis, quot bases habebat Salomonis concha, fultum & confirmatum, ad cælos vsque fastigium erexit. Inter omnes huiusmodi linguas, Lector, tres potissimùm maxima in admiratione, summoque in pretio semper habitæ fuerunt, Hebraica nempe, Græca, & Latina: tum quòd in ipsis tam diuinarum quàm humanarum scientiarum monumenta sint conseruata, & à maioribus ad posteros veluti per manus transmissa, tum etiam quòd gloriosæ crucis Regis regum, ac Domini dominantium IESV CHRISTI *Redemptoris nostri memorabili titulo honoratæ, eminentem quandam supra alias linguas dignitatem sint consecutæ. Porrò harum vnaquæque, veluti arbor quædam in tres diducta ramos in tres alias sermonis dialectos diffusa est. Hebraica quidem in Babylonicam siue Chaldaicam, in Syram siue Ierosolymitanam, & in Arabicam quam Iudæi vocant linguam Ismael. Græca Ionicáue in Atticam, Doricam, & Æolicam. Romana verò quæ & Latina, in Italicam, Hispanicam, & Francicam. Sic in his tribus linguis, vt in plerisque aliis huius mundi rebus, quæ vel intelligentia percipiuntur, vel sub sensum oculorum cadunt, diuina illa & adoranda Trinitas Potentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis infinitæ relucet. Omnes autem simul collectæ mysticam iterum referunt nobis dodecadem. Proinde in tribus illis potissimùm linguis ter maximus ille, ac ter beatus Deus diuinam voluntatem suam nobis patefacere voluit, & sua sancta statuta & præcepta tradere, quæ nobis essent pro regula quadam bene beateque viuendi in huius mundi publica & amplissima ciuitate, quò tandem ad perennem & immortalem vitam peruenieremus, ac vnius diuinæ essentiæ Personarumque Trinitatis frueremur aspectu. In hoc igitur ter triplici idiomatum genere libri sacri ad nos peruenerunt, qui quidem sunt arcana monumenta, quibusuis thesauris longè precioſiora, in magna integritate atque puritate per tot sæculorum ætates diuinitus conseruata. Cæterum in Hebraica, quæ lingua extra omnem ingenij aleam posita est, quæque proculdubio omnium est prima & antiquissima, Lex vetus electo Iudæorum populo diuinitus data, partim digito ipsius Dei, partim manu Mosis, dictante Spiritu sancto, primùm fuit exarata. Eadem lingua sancta Prophetarum oracula eodem afflante Spiritu edita fuerunt. In*

De Ciuit. Dei lib. 16. cap. 3. Deut. 32.

Genes. 46.

Iust. Mart. in Orat. ad Gêt.

Origen. super Luc. Homil. 14. Basil. contra Eunomiũ. August serm. 48. ad fratres. Dan. 10 & ibi Hieronym. item Theodoti. in Epit. diui. dogma. Num. 11. cap.

Galat. libr. 4. de Arc. Cathol. cap. 5.

Ioseph. lib. 1. Antiq. Philo. libr. 2.

In Græcam verò iussu, & nulla vnquam obliuione delenda liberalitate ac munificentia Ptolemæi Philadelphi magnarum & excellentium rerum cognoscendarum auidi regis, ac mirabili seu diligentia, seu felicitate 72. virorum, quorum suprà meminimus, conuersi fuerunt vel quinque libri Mosis tantum, vt cum Hebræis Christianorum doctores nonnulli censent, vel (vt alij volunt, multique grauissimi auctores videntur innuere) omnes viginti quatuor libri, qui in canone Hebræorum continentur. Et in eadem à quibusdam aliis cætera penè omnia, quæ veteris Testamenti nomine comprehenduntur volumina, literis consignata fuerunt: quorum etiam nonnulla Hebraico & sermone & charactere nunc inueniuntur, quæ licet in pari auctoritate ac prima illa viginti quatuor apud Hebræos non habeantur, nihilominus tamen sanctorum Ecclesiæ Patrum decretis atque consensu recepta sunt & approbata, ac in sacrorum librorum ordinem relata. In Romanam denique linguam diu postea conuersi fuerunt & hi libri, qui ab Hebræis appellantur קדש יהי, *hoc est, Sanctitas Dei, & alij, qui Oecumenicorum Conciliorum auctoritate in sacrorum librorum catalogum sunt relati. Quo quidem idiomate à temporibus Apostolorum, ad nostra vsque sæcula vsa est semper in templis Ecclesia in plerisque prouinciis Europæ, Romanorum monarchia longissimè latissimeque patente, in qua prima fidei nostræ iacta sunt fundamenta, huius rei occasionem fortassis præbente, vel potius diuina Prouidentia, cuius imperuestigabiles viæ sunt, & admiranda iudicia; ita disponente, vt Romanæ linguæ instrumento magna illa statua ex variis metallis constata, pedibusque partim ferreis, partim fictilibus subnixa, euerteretur, ac explosa omni idolomania, ea lingua, quæ inscriptione tituli gloriosæ crucis Christi seruatoris nostri decorata & nobilitata fuerat, iam non amplius idolis seruiret, sed ad decantandas & celebrandas Dei laudes conuerteretur. Hic locus requireret, vt de ter triplicium harum linguarum dignitate & præstantia aliquanto fusius dissererem, ostenderemque quo tempore, & à quibus sacra Biblia in eis immortali memoriæ commendata fuerint, & quomodo, quaque serie tanta cum integritate ad nostra vsque tempora peruenerint, ita vt nec à Iudæorum peruersitate, nec à Græcanica Philosophorum leuitate; nec à veterum Romanorum superstitione, aut denique à barbaris vllis nationibus fuerint vnquam corrupta aut violata. Verùm quoniam Benedictus Arias Montanus, sacræ Theologiæ Doctor eximius & πολύγλωττος, (qui tum propter singularem & admirabilem eruditionem, tum propter Christianam pietatem, synceram fidem, morum integritatem, incredibilem diligentiam, aliasque animi dotes quamplurimas, vnus ex tot hominum millibus ad præsidendum huic Regiæ & memorabili Bibliorũ editioni à Catholica Maiestate sapienter delectus est) has partes in sua generali præfatione iure sibi assumpsit, hunc locum ei integrum relinquendum duxi. Hoc tantum breuiter de Hebraico Bibliorum contextu dicam, in eo esse tot sacramenta, quot sunt literæ, tot mysteria, quot puncta, totque arcana, quot apices: vt non immeritò ipsemet Christus dixerit, non præteriturum à Lege vnum Iod, aut vnum apicem donec omnia fiant. Et certè nihil in eo prætermittendum est, sed omnia, vel minima quæque, summa cum attentione considerari debent & expendi, omni tamen superstitione remota. Illic siquidem est profunda quædam secretorum abyssus, quæ nunquam potest exhauriri, & in qua doctissimi viri quò maiores progressus faciunt, eò magis suæ ignorantiæ sibimet conscij euadunt, nouis subinde diuitiis emergentibus, nouis micantibus gemmis, & in eorum oculos suæ lucis radios diffundentibus, nouis denique rutilantibus astris, & supra eorum mentis veluti horizontem apparentibus quotidie in illo limpidissimo cælo, in illo splendido Dei volumine, quod non secus diuinis characteribus distinctum & variatum mysteriis vndequaque coruscat, atque ingens & rotundum illud Naturæ volumen claris syderibus, quasi literis quibusdam aureis, exornatur. Quapropter lingua Hebraica meritò sancta est appellata, vt in qua trina Sanctitas, aut sancta Trinitas tam clarè vbique relucet, vt nullum sit thema (radicem vocant) quod tribus literis suis diuinæ Triadis quædam vestigia & non obscuras notas aspicientibus non referat. Neque ad res diuinas duntaxat cognoscendas, sed etiam ad humanas scientias facilè comparandas plurimùm conducit huius linguæ notitia. Si quis enim diligenter vim verborum eius perpendere voluerit, & etymologicam eorum energiam perceperit, constanter affirmare ausim, eum hoc modo plus profecturum in vera naturalium rerum cognitione, quàm si vniuersam doctrinam Aristotelis, Theophrasti, Plinij, Dioscoridis, & id genus auctorum fideli memoria complexus sit: vt interim taceam vim illam arcanam, qua pios & studiosos viros, non secus quàm magnes ferrum ad se trahit, & non commemorem mirabiles effectus eius in precatione illis tantùm cognitos, quos æquus non Iupiter, sed verè iuuans pater Deus amauit & elegit, quique vicissim eum amant, venerantur, atque in spiritu & veritate colunt & adorant. Hanc sanctam Hebræorum linguam omnium esse antiquissimã non solùm nostri affirmant, vt diuus Hieronymus, & B. Augustinus, duo Catholicæ Ecclesiæ clarissima lumina, sed etiam extraneorum suffragiis constat, ac maximè Græcorum, qui, si vlli alij, gloriæ & laudis humanæ fuerunt semper auidissimi: quorum eò maioris ponderis videri debet testimonium, quòd ipsa veritatis vi ab aduersariis proficiscatur. Eupolemus Græcus auctor, de Regibus Iudæa in præclaris historiæ suæ libris differens, scriptum reliquit, Mosem apprimè doctum fuisse, & literarum cognitionem certis Grammatices præceptionibus digestam & ordinatam Iudæis tradidisse, quam ipsi postea Phœnicibus ob vicinam largiti sunt, ac deinde Phœnices literarum ordinem & numerum Græcorum pueris dedisse ob mutua vtriusque gentis commercia. Artepanus & ipse auctor Græcus in ea est sententia, vt credat Mosem literas dedisse Ægyptiis, eumque cùm molestè ferret eorum*

de vita Mosis. Aristeæ libell. Hieronym. in cap. 1. Mich. Iust. Mart. in Orat. ad Gêt. Tertul. in Apolo. cap. 18. & 19. Epiph. de mẽsur. & pondet. Ireuæ. libr. 3. cap. 25. Augustin. de Ciuit. Dei lib. 18. ca. 42.

decimo sexto Geographiæ libro Mosem vnum ex Ægyptiis sacerdotibus fuisse scribit, eumque cùm molestè ferret

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum instituta, illinc ad Ierosolymam commigrasse. Docebat enim, inquit Strabo, quomodo Aegyptij non rectè sentirent, qui ferarum ac pecorum imagines Deo tribuerent; nec Libyes, nec Græci, qui deos hominum figuris insignirent. Qua in re quamuis vterq; deceptus fuerit, ille quòd Mosem cum Mercurio confuderit; hic autem quòd eundem Ægyptium Hierophantem putauerit, ambo tamen in huiusmodi opinionem ob id adducti sunt, quoniam certum est Mosem ibi educatum, ac omni scientia Ægyptiorum eruditum fuisse, vt scriptura testatur. Plato, nescio quo Genio impulsus, fateri non dubitauit primum nominum impositorem hominem Syrum fuisse, Adamum vel Mosem (vt Marsilius Ficinus rectè annotauit) intelligens. Et Plinius ille diligens totius antiquitatis perueſtigator, qui nullam bibliothecam prætermisisse videtur, quam non excusserit & perlustrarit, eò adductus est, vt existimaret literas semper Assyrias fuisse. Vnde Lucanus:

Plio libr. 7. nat. Hist. cap. 56. & cap. 12. lib. 5. Libr. 3.

Phœnices primi, famæ si credimus, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Diodorus præterea Siculus, qui primus, si Plinio credendum est, apud Græcos nugari desiit, quique triginta totis annis, vt ipsemet testatur, Asiam & Europam exquisita quadam diligentia peragrauit, spectatorque rerum plurimarum fuit, hoc inter cætera de Mose Græcis suis testimonium reliquit. Apud Iudæos Moses ab Iao, quem illi Deum inuocant, acceptas leges dare præ se ferebat, &c. Quo loco nomine Iao sacrosanctum Dei Tetragrammaton nomen יהוה à Diodoro designatum esse certum est. Græcos enim istud Dei nomen sic scripsisse, tum ex Macrobio reconditæ eruditionis viro, tum etiam ex Clemente Alexandrino clarissimè patet. Macrobius enim cùm Deorum omnium nomina ad vnum Deum referre vellet, hunc Orphei versiculum citat;

Εἷς Ζεὺς, εἷς ἅδης, εἷς ἥλιος, εἷς διόνυσος. Id est,
Iuppiter est vnus, Pluto vnus, Bacchus & vnus,
Vnus Sol. vel, vt Caninius vno versu reddidit,
Bacchus, Sol, Orcus, & Iuppiter vnus & idem.

Macrob. Satur. lib. 1. cap. 18.

Huius, inquit Macrobius, versus auctoritas fundatur oraculo Apollinis Clarij, in quo aliud quoque nomen Soli adicitur, qui in eisdem sacris versibus inter cætera vocatur ἰάω. Nam consultus Apollo Clarius, quis Deorum habendus sit, qui vocatur ἰάω, ita effatus est;

Ὄργια μὲν δὴ δεδαῶτες ἐχεῖν ὑπερφία κεύθειν,
Εν δ' ἀπάτῃ παύρη σύνεσις κεῖ νοῦς ἀλαπαδνός.
Φράζεο τῶν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν ἰάω.

Quorum versuum sententia sic à Caninio appenditur:

Orgia qui norunt, arcana recondere par est.
Fraudem mentis inops agitat, quem inscitia versat.
Diuorum summum cunctorum en accipe Iao.

Lib. 5. Strom.

Clemens autem Alexandrinus, Quatuor literarum, inquit, nomen mysticum est, quo illi circundabantur, qui soli adytum ingrediebantur. Dicitur autem ἰαὼ, quod exponitur Existens & futurus (ὁ ὢν.) Huc non adducam testimonia Appionis Grammatici, & Ptolemæi Mendesij, qui de rebus Aegyptiorum latè tractarunt; neque Polemonis, Hellanici, Philochori, Castoris, Thalli, Alexandri cognomento Polybistoris: quorum omnium monumenta de Mose illo Hebraicæ gentis antesignano non sine laude mentionem faciunt. Quinimò & ipsius Græciæ oraculum, cùm à quodam consuleretur, quinam vnquam extitissent verè pij & religiosi homines, tale responsum edidisse ex eorundem Græcorum testimonio scribit Iustinus Martyr, & philosophus Christianus;

In Orat. ad Græc.

Μόνοι Χαλδαῖοι σοφὴν λάχον, ἠδ' ἀρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένητον ἄναχτα σεβαζόμενοι θεὸν αὐτόν. Id est,
Solus Chaldæus sapit, & Iudæus Apella,
Per seipsum genitum, regemque Deumque colentes.

Philo natione & sapientia Iudæus, Græcanicæ verò facundiæ leniter fluens amnis, aut in alueo scripturarum potius dulce canens cygnus, Hebraicæ linguæ originem ad Abraham tribuere videtur, quo nomine, meo quidem iudicio, Hebræum seu monem intelligit. Licet enim propriorum nominum notationes sint Hebraicæ, Chaldaicas tamen appellat, cùm ob vtriusque linguæ magnam inter se affinitatem, tum quòd Abrahamus media in Chaldæa Hebraico sermone vteretur, eumque per manus maiorum recepisset iam à temporibus Heber nepotis Sem, à quo Hebraicus est appellatus, eo quòd in confusione linguarum primum illud labium vniuersæ terræ in sola familia Heber purè fuerit conseruatum. Illa enim non consenserat impietati ac superbæ temeritati sceleratorum hominum, qui Gigantea quadam audacia diuinæ Prouidentiæ iura violare tentarunt, quique in cælos & cælites irruptionem & impetum voluisse facere videntur, ad quos sola humilitas & feruens charitas tutissimam viam sternit. Verissimum est enim & extra omnem controuersiam, Hebræam linguam multis ante Abrahamum seculis extitisse, imò Adamo fuisse familiarem atque vernaculam, quum Apostolus Iudas in sua Canonica librum Chanochi septimi ab Adamo viri, & eiusdem, vt fertur, amanuensis, prophetias citet, quas certum est Hebraico sermone fuisse conscriptas. Flauius item Iosephus primo antiquitatum Iudaicarum libro, narrat à filiis Seth duas erectas fuisse columnas, lapideam vnam, alteram lateritiam, in eisque quas inuenerant artes inscriptas fuisse, atque adeò columnam

lapideam ad sua vsque tempora in Syria permansisse. Quæ quidem inscriptio ad aliam linguam, quàm ad Hebraicam, referri non potest. Itaq; Solis luce clarius apparet, Hebræum idioma esse omnium primum & antiquissimum. Hæc breuiter dicta sint tam de veteri Testamento, quàm de antiquitate & excellentia linguæ Hebraicæ, quæ, vt suprà attigimus, vtriusque Chaldaicæ mater est & parens, imò omnium penè linguarum Orientis fons & origo. IAM verò, quòd ad nouum Testamentum attinet, maior suboritur quæstio & explicatu difficilior, qua lingua, videlicet, primùm, vel ipsum totum, vel aliqua eius volumina scripta fuerint. Res est enim etiamnum inter doctos plena controuersiæ. De Euangeliis quidem B. Iohannis, & B. Lucæ, de Actis Apostolorum, Epistolis tredecim Pauli, Canonicis Epistolis & Apocalypsi, nemo vel mediocriter doctus, vt arbitror, ambigit, quin ea Græco sermone, tempore nascentis Ecclesiæ, scripta sint. De Matthæi verò & Marci Euangelio, de Epistola item Pauli ad Hebræos, quonam sermone primùm scripta fuerint, disceptatur inter doctos, & adhuc sub iudice lis est. Origenes Adamantius, vir singularis doctrinæ, & in cognitione linguarum nulli doctorum Ecclesiæ cedens, testatur Matthæum Iudæis illis, qui nomina Christo dederat, Euangelium suum tradidisse Iudaico sermone. Gregorius Nazianzenus, cui ob excellentem sacrarum literarum peritiam, augustissimum Theologi nomen tribuit antiquitas, dum canonicos & sacros libros recenset, istud inter cætera de Euangelistis dicit:

Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαυμαστὰ χριστοῦ.
Μάρκος δ' ἐζελίξ, Λουκᾶς ἀχαΐδι.
Πᾶσι δ' Ἰωάννης κήρυξ μέγας, ἠεροφοίτης. Hoc est,
Matthæus quidem scripsit Hebræis miracula Christi.
Marcus autem Italiæ, Lucas Achaidi.
Omnibus autem Iohannes præco magnus, cælipeta.

At Diuus Hieronymus in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum de Matthæo verba faciens, ad hunc modum ait: Matthæus qui & Leui, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circumcisione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis verbisque composuit: quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porrò ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè confecit. Mihi quoq; à Nazaræis, qui in Beroæa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. De Epistola verò ad Hebræos, vbi de eius auctore quædã dubia mouit, statim de Paulo ita subiũgit: Scripserat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterentur in Græcum, & hanc esse causam, quòd à cæteris Pauli Epistolis discrepare videatur. Hactenus Hieronymus. Cuius quidem auctoritas, cùm ob eius integerrimæ vitæ sanctimoniam, tum ob trium linguarum non mediocrem peritiam, quandam veluti præiudicationem in hac quæstione aliis attulisse videtur, ob idque antea ferè omnibus persuasum fuerat Euangelium Matthæi autographum, & epistolam ad Hebræos, ar-cano & primigenio Hebræorum sermone initio in lucem prodisse. Verum ex quo diuina Prouidentia nostro demum felici seculo, sua si bona norit, iisque rectè vti velit, linguas omnes peregrinas monumentis literarum consignatas quasi à morte ad vitam reuocauit, plerique in nostra Europa viri literati, multum temporis multumque operæ in eis addiscendis ita feliciter impenderunt, ac vniuersa veterum exotica monumenta ita sedulò cæperunt euoluere, vt quod hactenus densissimis tenebris erat obductum & inuolutum, nunc in media cognitionis luce versetur. Quorum in numero haud exiguum meretur honorem Albertus Vvidmanstadius Ferdinandi Romanorum Imperatoris, optimi ac sapientissimi principis, Cancellarius, qui quidem iussu & egregia liberalitate illius verè augusti Principis, noui Testamenti lingua & characteribus Syris pulcherrimè exornati, editioni præfuit. Quod opus ante hoc seculum (in quo omnia renasci videmus, vt & Christus renascatur in nobis) in regionibus Europæ nunquam visum fuerat, sed tantùm delituerat apud Ecclesias eorum Christianorum, qui tota Asia dispersi partim Turcarum tyranno, partim Sophi Persarum regi pendunt tributa, vt religionem suam tueantur & retineant. Is in præfatione quam operi illi præfixit, quæstionem istam in vtramque partem ita eleganter & doctè disputauit, ac suam demum sententiam, firmis argumentis roborauit, vt omnem inde eximisse scrupulum mihi videatur. Itaque cùm ille plurimis grauissimisque rationibus probauerit Matthæum Euangelium suum, Paulum verò ad contribules suos epistolam, Hebræorum quidem lingua, sed vulgari, hoc est, Syriaca, conscripsisse: nimis tempore & otio abuti viderer, si nodum tam dextrè solutum rursus excluere vellem, & actum, quod aiunt, agere. Mihi sanè omnia eius argumenta attentè consideranti, vnum imprimis abunde satisfacit, nempe linguam illam, quæ ab Euangelistis ipsis Hebraica appellatur, Syram Hierosolymitanam esse, tunc temporis Iudæis omnibus vernaculam. Quod facilè cognosci potest ex ramentis quibusdam & claris eius vestigiis, quæ in nouo Testamento, Græco & Latino remanserunt, ne quid de phrasibus dicam, & tota sermonis structura, quæ linguarum peritis Syriasmum planè redolet. Quis quæso est, eorum qui vtriusque linguæ, Hebraicæ videlicet & Syriacæ mediocrem cognitionem habent, qui hodie dubitare possit, quin βαρ-ιωνᾶ, βαρ-ιωνᾶ, γολγοθᾶ, sint vocabula merè Syriaca, quæ à Syris ita scribuntur & pronunciantur, בר־יונה Bar--Iauna, רקם Rekø, מתמונו Momouno, בן־עשר Oscher, vel רכוש Recousch, רק Rek, בן־יונה Ben--Gogoultho: pro quibus Hebræi dicerent גלגלת Golgoleth; hoc est, Inanis, Opulentia, filius Columbæ, Cranium? Contrà verò quis doctorum omnia, Ionah, ηλι ηλι λεμα σαβαχθανι, esse Hebraica nesciit hæc postrema Seruatoris verba, magna voce ab eo in cruce prolata,

Matth. 6. 16. 20. & 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia, præter σαβαχθανὶ tantũ, quod Syriacum est, pro quo scripserat Regius vates suo eloquio, אלי אלי למה עזבתני Eli Eli lammah azavthani? Deus mi, Deus mi, cur deseruisti me? Vnde factum est, vt rudis & imperita multitudo, quæ arcanam linguam Hebraicam non intelligebat, putauerit eum vocasse Eliam, cuius nomen Hebraicè pronunciatur אליהו Eliahou, Syrè verò ܐܠܝܐ Iliió. Hoc autem hemistichium Syrè sic scribitur, ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ ܐܠ ܐܠ Il, Il, lemonó schevakthoni? Præterea licet fortassis Iudæus aliquis antiquæ linguæ Hebraicæ tantummodo peritus, Syriacæ verò ignarus, quamplurima alia per nouum Testamentum linguæ Apostolis vernaculæ dispersa verba pro Hebraicis propter affinitatem haberet, quin tamen Syriaca sint, nulla est dubitatio; cuiusmodi sunt בני רעם Benai-regheschi, quæ Græci scripserunt vt potuerunt Βοανεργὲς, & exposuerunt ὑοὺς βροντῆς, filios tonitru, qui Hebraicè dicerentur בני רעם Bené raam. Et θαλιθὰ κοῦμι, Syrè ܛܠܝܬܐ ܩܘܡܝ Telithó koumi, Hebraicè הנערה קומי Hanaarah koumi, verbo koumi ad vtramque linguam pertinente. Et βηθ-εσδά, Syrè ܒܝܬ ܚܣܕܐ Beth-chesdó, Hebraicè בית חסד Beth-chésed, domus seu locus misericordiæ. In quo Græci non potuerunt exprimere fortem aspirationem. Item ܓܦܦܝܬܐ Ghephiphtó, quod Græci scripserunt Γαββαθὰ, propter affinitatem β & φ eiusdem organi, nempe labiorum: interpretati sunt autem Λιθόστρωτον, quod est lapidibus stratum, seu peribolus, & à Vitruuio in ædificiis vocatur lorica. Syri per paraphrasim illud sic explicant, ܪܙܝܦܬܐ ܕܟܦܝܬ ܓܦܦܝܬܐ Razziphthó dekiphé, hoc est, pauimentum lapidum, etsi גפוף Ghipouph & ad id propriè pertineant, quod Hebræi appellant מסלה Mesillah. Item רבוני Rabbouni, ῥαββωνὶ, Hebraicè אדוני Adóni, aut lingua Thalmudica רבוני Ribbóni, Dominus meus. Et Ακελδαμὰ, Syrè ܚܩܠ ܕܡܐ Hakal-demó, Græcè χωρίον αἵματος, Hebraicè שדה דם Scadé-hadam, hoc est, ager sanguinis. Et ταλιθὰ, Syrè ܛܠܝܬܐ Tevithó, Hebræi dicerent הצביה Hazzeviah, id est, dama aut capreæ, vt à Græcis exponitur Δορκάς. Et μαρὰν-αθα, Syrè ܡܪܢ ܐܬܐ Moran-ethó, Hebraicè אדוננו בא Adonénu ba, id est, Dominus noster venit. Et Αββα, Syrè ܐܒܐ Abbá, Hebraicè אב Av, Pater. Vt obmittam, breuitatis causa, omnium tum Apostolorum, tum aliorum sanctorum nomina, quæ quidem, paucis exceptis, quorum origo ad Græcos refertur, omnia & genti & linguæ Syrorum debentur. Idcirco non est verisimile, Euangelium illud, quo vtebantur Ebionitæ, germanum fuisse Matthæi autographum, quòd iam à temporibus nascentis Ecclesiæ Syros primosque Christianos, qui Dominum nostrum viderant & audierant, constet, relictis antiquis characteribus scripturæ Hebraicæ, quibus à captiuitate Babylonica etiam in Chaldaismo Iudæi semper vsi fuerant, nouis à veteribus plurimùm discrepantibus, ne quid haberent commune cum Ebionitis & aliis hæreticis, vsos fuisse. Quumque Hebræi, Babylonij, & Arabes, primæ Sphæræ motum imitãtes, scriberent ab Oriente Occidentẽ versus, hoc est, à dextra versus sinistram: Græci verò & Latini, contrarium Planetarũ motum secuti, ab Occidente in Orientem, vel à sinistra ad dexteram versus characteres suos depingerent, primi illi Christiani neutrum imitati, sed mediam quandam in scribendo viam eligentes, literas lineatim inter se connexas & colligatas, versus pectus deduxerunt. Sic dum Orientales hinc, inde verò Occidentales calamum ducunt, Syri autem inter vtrosque medium tenent, ac transuersam inter vtrosque lineam describentes, perfectam salutiferæ crucis formam effingunt & absoluunt. Transuersam itaque lineam illam, quæ Geographis ὑποτείνουσα dicitur, & in qua, tanquam in cardine, tota Geographiæ disciplina vertitur, imitati Syri in depingendis suarum literarum notis, sacrosanctam crucis mysticam figuram compleuerunt, in memoriam illius qui sublatus in ea, manibus expansis, vniuersa ad se traxit secula. Illius, inquam, qui licet æterno Patri æqualis esset, propter nostram salutem tamen humanam assumpsit naturam, & habitauit in nobis; cuius ore sanctissimo hoc sanctum idioma Syrum immortalitati consecratũ est. In quo pacem & salutem hominibus annunciauit. In quo remissionem peccatorum palam prædicauit. In quo diuina diuinumque amorem spirantia præcepta tradidit. Quod etiam Deipara virgo eloquio suo nobilitauit, & in quo, vt credibile est, Angeli salutatio castis ipsius auribus suauiter insonuit. Quo tanquam materno & vulgari omnes Apostoli vsi sunt, tum in priuatis colloquiis, tum in publicis concionibus, quotiescunque Iudaicam plebem sunt allocuti. Quod ab eorum temporibus vsque ad nostram ætatem in omnibus Ecclesiis Christianorum totius Asiæ incorruptè asseruatum & custoditum fuit. Ex quo simul & ex Arabico Indica siue Æthiopica dialectus coaluit, communis omnibus Aphricæ populis, aut saltem literarum peritis, qui magni & Christiani principis, quem nos Presbyterum Iohannem, illi verò vulgari idiomate Iohannem Belul, vel Æthiopicè Iohannem Encoe, hoc est, Preciosum siue Altum vocant, imperio subiecti sunt. In quo denique peruenit ad nos Ferdinandi Imperatoris, vt dixi, munificentia, nouum Testamentum elegantibus typis exaratum. Quia verò nouum Testamentum, vt paulò antè dicebamus, initio Græcè scriptum fuit, Matthæi & Marci Euangeliis, & Epistola ad Hebræos duntaxat exceptis: duplex nunc rursum exoritur quæstio, altera, qua ratione Apostoli & Euangelistæ adducti, Græca potissimùm lingua scribere voluerint: altera, quis deinde in linguam Syrorum Testamentum nouum, vt nunc habemus, transtulerit. Quod ad priorem quæstionem attinet, verisimile est diuinâ prouidentiâ linguæ Græcæ hoc esse tributum, vt per eam euerteretur idololatria, ac falsorum Deorum vanitas, quam ipsa sua inani facundia & instructa quadam dicendi facilitate fabricarat atque inuexerat: vtque veri Dauidis, veri animarum pastoris, verique Iudæorum regis manu superbus ille Goliath, diuini numinis contemptor, proprio gladio iugularetur. Sed quando & à quo sacer iste codex in Syrum sermonem versus sit, nullius auctoris testimonio, saltem quem legerim, demonstrari potest. Syri tamen, à quibus eum habemus, constanter asserunt, S. Marcum Sancti Petri Apostolorum coryphæi discipulũ, & in cuius domo initio coaluisse Ecclesiam credunt plurimi,

Matt. 3. & 5. Iohan. 5. 19. & 20.

Num. 19. in Targ.

Act. 1. & 9.

1. ad Cor. 1. & ad Gala. 4.

plurimi, latinè primùm scripsisse Euangelium suum, quod etiamnum asseruari dicunt in inclyta Venetorum vrbe. Deinde eundẽ ipsum Marcum lingua patria, hoc est, Galilæa Syráue trãstulisse, non modò Euangelium suũ, sed etiã ceteros omnes noui Testamenti libros. Id mihi literis significauit Guilelmus Postellus, affirmauitque se ita à Syris ipsis accepisse, dum in Oriente præstantissimos linguæ Syriacæ & Arabicæ thesauros diligenter conquireret. Illi verò rem ita se habere ex anita traditione affirmabant. Porrò, nonnullis interiectis seculis, Alexandrini Patriarchæ B. Marci successores capita sectionibus quibusdam distinxerunt, eosque titulos qui nunc in ipsis leguntur, addiderunt: in quibus Ecclesiarum Orientis cum Romana principis Apostolorum sede consensus apertè conspicitur. Nec possunt ij dicere qui titulum sibi emendatorum Ecclesiæ vendicant, sacros ritus & ceremonias, quibus Romana vtitur Ecclesia, nouas esse Pontificum Romanorum traditiones, cùm tam apertè in ijs titulis mentio fiat commemorationis Sanctorum, precum pro mortuis, certorum & statorum dierum, qui sacri haberi debent; nec non ieiuniorum, venerationis sanctæ Crucis, & aliarum multarum generis eiusdem obseruationum, quas ab Apostolis acceptas, etiamnum Asiæ Ecclesiæ retinent. Nec verò in Asia tantùm apud Syros, sed etiam in Aphrica apud Abyssinos & Aethiopas, tales ceremoniæ vigent, quas ab Apostolis ipsis præscriptas fuisse, ac penes se esse Synodos Apostolorum octo voluminibus comprehensas (quas patrio idiomate מנרע Mandéa vocant, hoc est, scientiam κατ' ἐξοχὴν) iidem affirmant, vt ex eo libello facilè potest intelligi, quem Damianus à Goes Lusitanus in lucem prodierunt, & à nobis in Latinum conuersi sunt, iudicauimus præmittenda; quibus ad totius operis complementum & perfectionem Catholicæ nonnullæ Epistolæ, & Apocalypsis Iohannis nobis defuerunt. Illa enim nec in antiquis exemplaribus, quæ Moses Mardenus Mesopotamiæ Catholicus sacerdos attulerat, nec in vetustissimo alio exemplari manuscripto, quod cum Viennensi contulimus, vt infrà dicemus, extiterunt: quamuis apud Syros reperiantur, ac pro sacris & authenticis habeantur, sicut & cæteri libri Viennæ Austriacæ non ita pridem excusi. Porrò quum illud diuinum noui Testamenti Syriaci opus, in manus meas incidisset, meque totum in sui admirationem rapuisset, tum propter eius raritatem & nouitatem, tum maximè ob memoriam & amorem Iesu Christi Domini & Seruatoris nostri, illicò interna quadam vi sensi me extimulari, vt exscriptionẽ & interpretationem eius aggrederer. Non quòd tunc, vt verum ingenuè fatear, translationem meam vnquam in lucem edere cogitarem, sed exercitationis tantùm causa, vtque honestum illud otium, quo tunc temporis in re literaria mihi frui licebat, in hoc lucubrationis genus conferrem, atque hoc modo tempus mihi perire non sinerem. Quo in studio incredibilibus exantlatis laboribus, adeò vt bis in morbum summo cum vitæ discrimine inciderim, tandem diuini numinis gratia & auxilio, partim Falesiæ apud Normanos, vnde originem traxi, partim Lutetiæ omnium bonarum artium & doctorum hominum procreatricis fœcundissimæ, octodecim mensium spatio, noui Testamenti quatuor linguarum, Hebraicæ, videlicet, Syriacæ, Græcæ, & Latinæ peritissimi, eam non modò commendarent, sed etiam dignam quæ typis excusa in publicam lucem emitteretur, iudicarent; meque ad id faciendum & curandum vehementer hortarentur. Ad quorum auctoritatem Christophorus Plantinus, vir cùm multis aliis laudibus, tum verò typographica arte clarissimus, postea accessit. Is enim asserens sibi à sapientissimo Hispaniarum Rege Catholico, prouinciam noui & veteris Testamenti, sicut primùm vtrumque scriptum est, & olim versum fuit, imprimendi esse demandatam, & ad istam impressionem omnibus suis numeris explendam, eundem potentissimum Principẽ postulare, vt Syriaco nouo Testamento sua è regione adiungeretur Latina interpretatio, me vt huius versionis meæ copiam sibi facerem, & ad se in ista memorabili Bibliorum editione facienda, iuuandum Antuerpiam venirem, obnixè orauit. Horum igitur auctoritate atque precibus permotus, & Catholicæ Maiest. tam pia & laudabili voluntate, cui in re tam sancta deesse nephas ducebam, compulsus, statui, postpositis omnibus aliis negotiis atque curis, eiusdem Regis piæ & sanctæ voluntati satisfaciendum, & tot tantorumque virorum auctoritati cedendum esse, atque Christophorum Plantinum in tam pio & eximio opere, ad amplificandam Dei gloriam, & Ecclesiæ Catholicæ vtilitatem promouendam, mea qualicumque opera esse adiuuandum. Itaque vbi Antuerpiam venissem, partim in ædibus Plantini, partim Louanij in collegio Societatis IESV, integram tralationem meam Syrumque noui Testamenti contextum à me literis Hebræis descriptum, diligenter recognoui, atque cum vetustissimo exemplari Syro, iam ab anno 1500. regni Alexandri, à quo Syri annos suos numerant, manuscripto, religiosè contuli. Illud autem vetustissimum exemplar allatum fuerat ex Oriente à Postello, sumptibus, vt ipsemet scribit, viri optimi & doctissimi Danielis Bombergi, ex Antuerpia oriundi, cui Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ promotionem acceptam ferre debemus; nobis autem commodatum est beneficio Danielis Bombergi, qui vt nominis, sic paternæ virtutis hæres ad rem literariam prouehendam studiosissimè incumbit. Quo emendatissimo codice manuscripto, plurimùm sanè adiuti fuimus, eiusque fidem secuti, loca plurima partim mutila & detruncata, partim perperam & mendosè in Viennensi exemplari scripta, restituimus, vt facilè animaduertere poterũt docti lectores, si huius

si huius editionis exemplar cum Viennensi sedulò contulerint. Addidimus præterea in margine difficiliorum vocum themata, & obscuriorum, aut omnino Syricarum radicum Hebraicam explicationem; tum vt huius linguæ studiosis consuleremus, tum etiam vt Iudæos linguæ sanctæ peritos ad noui Testamenti lectionem alliceremus. Propria verò nomina tam virorum, quàm regionum & locorum ex germana & Syrica prolatione in peregrinum sonum haud immutanda duximus. Inest enim in nominibus propriis, potissimùm Hebræis, Babyloniis, & Ierosolymitanis, vis quædam & significatio recondita, quæ si semel extraneam prolationem induerit, statim euanescit. Itaque Origenes ille vndequaque doctissimus contra Celsum scribens, propria nomina Hebraica in alienam linguam non esse transferenda, grauissimo iudicio censuit & affirmauit: quod profectò etiam in nominibus Syris locum habere debet, vt quæ & mysteriis & religione ad Hebraica proximè accedant. Cæterùm in totius operis recognitione tam religiosè, vt par erat in tam religiosis libris, versati sumus, vt affirmare ausim, Deumque hac de re testem inuocare, me ne vnam quidem literam, aut minimum apicem, proprio arbitrio immutasse, & quicquid mutatum est, ex auctoritate & fide antiquissimi manuscripti exemplaris Syri cum Græco apprimè congruentis, mutatum esse. Quæ porrò vel sic immutata, vel restituta & addita à nobis fuerunt, seorsum collegimus, & in calce huius operis imprimi curauimus. Cùm iam Epistolas Pauli recognoscerem, per literas nos monuit Andreas Masius illustrissimo Cluiensium Duci à consiliis, ob multarum linguarum cognitionem inter literatos celeberrimus, de quibusdam erratis, quæ inter excudendum Viennense exemplar in Paulinas epistolas irrepserant. Ea non tantùm huius doctissimi ac pij viri iudicio, cui multum tribuimus, sed etiam expresso suffragio exemplaris manuscripti, sustulimus atque emendauimus. In nonnullis verò locis, in quibus Syrus codex, aliquid minus quàm Græcus habere videbatur, inter ipsius interpretationis Latinæ versiculos quid deesset, indicauimus. In ipso etiam Græco illud diligenter est obseruatum, vt vbicunque aliquid additum est ex antiquis codicibus Græcis, quod in Complutensi editione non inueniebatur, quodq; alioqui cum vulgata versione consentiebat, obeliscus præfigeretur. Iohannes Harlemius sacræ Scripturæ & linguæ Hebraicæ in Societate IESV *professor, vir sanè pietate in Deum, & propensa in Remp. Christianam voluntate laudabilis, qui in Chaldæis, Syris, & Græcis non vulgares fecit progressus, plurimùm nos subleuauit, adiuuitque, tum in tralationis nostræ recognitione, tum etiam in vniuerso Bibliorum opere, eiusque appendicibus. Cum eo D.D. Augustinus Hunnæus, & Cornelius Reyneri Goudanus, sacræ Theologiæ ambo Doctores, atque professores in ciuitate Louanienſi, grauissimo iudicio & perattenta consideratione, omnia examinarunt, expenderunt, atque comprobarunt. Ij enim Catholicæ Maiestatis iussu, à tota Academia Louanienſi, ob illorum pietatem, & sacrarum literarum eximiam scientiam, variarumque linguarum peritiam ex omnibus delecti sunt, qui istius editionis sacra Bibliorum volumina, & appendices eorum perlustrarent, & diligenter priusquàm Plantiniano prælo committerëtur, recognoscerent. In quorum omnium impressione, indefesso labore, doctissimi ac diligentissimi correctoris officio functus est Franciscus Raphelengius, Plantini gener, cui, vt ornato multarum linguarum peritia, studiosi omnes acceptum ferre debent, quòd nunc habeant vniuersam paraphrasim Chaldaicam, longè emendatiorem quàm hactenus prodierat, punctorum affixione ad analogiam librorum Danielis & Esræ vbique reuocata. Postquam autem quotquot huic operi assiduè incubuerunt, sedulam in eo nauassent operam, B. Arias Montanus, Hispalensis, Doctor Theologus, pro munere sibi à Regia M. mandato, semper postremam adhibuit perlustrationem, examinationem, atque approbationem. Nostris igitur laboribus, Lector, vtere, & à Deo Opt. Max. nobiscum supplicibus precibus contende, vt ij ad Catholicæ Ecclesiæ vtilitatem, cui omnes sunt consecrati, continuo referantur. Vale.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARGVMENTVM IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

MAtthæus ex Iudæa ſicut in ordine primus ponitur, ita Euangelium in Iudæa primus ſcripſit, cuius vocatio ad Dominum ex publicanis actibus fuit; duorum in generatione Chriſti principia præſumens; vnius cuius prima circunciſio in carne; alterius, cuius ſecundùm cor electio fuit. Ex vtriſque enim patribus Chriſtus. Sicque quaterdenario numero triformiter poſito principium à credendi fide in electionis tempus porrigens, & ex electione vſque in tranſmigrationis diem dirigens, atque à tranſmigrationis die vſque in Chriſtum definiens, decurſam aduentus Domini oſtendit generationem; vt numero ſatisfaciens & tempori, & ſe quid eſſet oſtenderet, & Dei in ſe opus monſtrans, etiam in his, quorum genus poſuit, Chriſti operantis à principio teſtimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, diſpoſitio vel ratio, quod fidei neceſſarium eſt, Deus Chriſtus eſt, qui factus eſt ex muliere, factus ſub lege, natus ex virgine, paſſus in carne, omnia in cruce fixit, vt triumphans ea in ſemetipſo reſurgens in corpore, & patris nomen in patribus filio, & filij nomen patri reſtituens in filijs, ſine principio, ſine fine; oſtendens vnum ſe cum Patre eſſe quia vnus eſt. In quo Euangelio vtile eſt deſiderantibus Deum ſic prima vel media vel perfecta cognoſcere, vt & vocationem Apoſtoli, & opus Euangelij, & dilectionem Dei in carne naſcentis per vniuerſa legentes intelligant, atque id in eo in quo reprehenſi ſunt & apprehendere appetunt, recognoſcant. Nobis enim in hoc ſtudio argumenti fuit, & fidem factæ rei tradere, & operantis Dei intelligendam diligenter eſſe diſpoſitionem à quærentibus non tacere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN VIRTVTE DOMINI DEIQVE NOSTRI IESCHVA CHRISTI, incipimus scribere Librum sacrosancti Euangelii. Primumque Euangelium, Matai præconium, GVIDONE FABRICIO Exscriptore & Interprete.

DOMINICA ANTE NATIVITATEM.

CAPVT I.

1 LIBER *generationis* IESCHVA *Meschicho, filij Dauid, filij Abrohom.* 2 *Abrohom genuit Ischok, Ischok genuit Jaakoub, Jaakoub genuit Jhoudo & fratres eius.* 3 *Jhoudo genuit Parez, & Zarach de Thomor. Parez genuit Chesroun, Chesroun genuit Orom.* 4 *Orom genuit Aminodob, Aminodob genuit Nachsoun, Nachsoun genuit Salmoun.* 5 *Salnoun genuit Booz de Rochob, Booz genuit Oubid de Reouth; Oubid genuit Ischai;* 6 *Ischai genuit Dauid regem; Dauid genuit Schelemoun ex uxore Ourijo;* 7 *Schelemoun genuit Rechebam; Rechebam genuit Abio; Abio genuit Oso;* 8 *Oso genuit Jhouschophot; Jhouschophot genuit Jourom; Jourom genuit Ouzio;* 9 *Ouzio genuit Jouthom; Jouthom genuit Ochoz; Ochoz genuit Chezakio;* 10 *Chezakio genuit Menaschè; Menaschè genuit Amoun; Amoun genuit Jouschio;* 11 *Jouschio genuit Joucanio & fratres eius in exilio Babylonico.* 12 *Post exilium autem Babylonicum Joucanio genuit Schelatheil, Schelatheil genuit Zourbobel;* 13 *Zourbobel genuit Abbioud; Abbioud genuit Eliokim; Eliokim genuit Ozour.* 14 *Ozour genuit Zodouk; Zodouk genuit Achin; Achin genuit Elioud;* 15 *Elioud genuit Eliozar, Eliozar genuit Matan; Matan genuit Jaakoub;* 16 *Jaakoub genuit Jausephvirum Mariam, de qua natus est* IESCHVA, *qui vocatur Meschicho.*

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

CAPVT I.

1 LIBER Generationis Iesu Christi, filij Dauid, A filij Abraham.
2 Abrahá genuit Isaac; Isaac autem genuit Iacob; Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.
3 Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar; Phares autem genuit Esron; Esron autem genuit Aram.
4 Aram autē genuit Aminadab; Aminadab autem genuit Naasson; Naasson autem genuit Salmon;
5 Salmon autem genuit Booz de Rahab; Booz autem genuit Obed ex Ruth; Obed autem genuit Ieſſe;
6 Ieſſe autem genuit Dauid regem; Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.
7 Salomon autē genuit Roboam; Roboam autem genuit Abiam; Abia autem B genuit Asa; 8 Asa autē genuit Iosaphat; Iosaphat autem genuit Ioram; Ioram autē genuit Oziam.
9 Ozias autē genuit Ioatham; Ioatham autem genuit Achaz; Achaz autem genuit Ezeciam; 10 Ezecias autem genuit Manassen; Manasses autem genuit Amon; Amon autem genuit Iosiam;
11 Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in transmigratione Babylonis.
12 Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel; Salathiel autē genuit Zorobabel;
13 Zorobabel autē genuit Abiud; Abiud autem genuit Eliacim; Eliacim autem genuit Azor; 14 Azor autem genuit Sadoc; Sadoc autem genuit Achim; Achim autem genuit Eliud;
15 Eliud autem genuit Eleazar; Eleazar autem genuit Mathan; Mathan autem genuit Iacob; 16 Iacob autem genuit Ioseph C virum Mariæ: de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.

κεφ. α.

1 ΒΙΒΛΟΣ γενέσεως ἰησοῦ χριστοῦ, υἱοῦ δαβὶδ, υἱοῦ ἀβραάμ.
2 ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν ἰσαάκ. ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ.
3 ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν φαρὲς καὶ τὸν ζαρὰ ἐκ τῆς θαμάρ. φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν ἑσρώμ. ἑσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀράμ.
4 ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμιναδάβ. ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν ναασσών. ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν σαλμών.
5 σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν βοὸζ ἐκ τῆς ῥαχάβ. βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν ὼβὴδ ἐκ τῆς ῥούθ. ὼβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεσσαί.
6 ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν δαβὶδ τὸν βασιλέα. δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ οὐρίου.
7 σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν ῥοβοάμ. ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀβιά. ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀσά.
8 ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσαφάτ. ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωρὰμ. ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ὀζίαν.
9 ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωαθάμ. ἰωαθὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἄχαζ. ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐζεκίαν.
10 ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν μανασσῆ. μανασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμών. ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσίαν.
11 ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος.
12 μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν βαβυλῶνος, ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν σαλαθιήλ. σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν ζοροβάβελ.
13 ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀβιούδ. ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιακείμ. ἐλιακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀζώρ.
14 ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν σαδώκ. σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀχείμ. ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιούδ.
15 ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλεάζαρ. ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν ματθάν. ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ.
16 ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος χριστός.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 * Hæ sunt ergo cunctæ generationes ab Abrohom vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. A Dauid vsque ad exilium Babylonicum, generationes quatuordecim. Ab exilio Babylonico adusque Meschicho, generationes quatuordecim.

Reuelatio ipsius Iausepth.

18 * Generatio autem Ieschua Meschicho fuit huiusmodi. Quum desponsata esset Mariam mater eius ipsi Jauseph, priusquam societatē inirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu Sanctitatis.

19 * Jauseph autem maritus eius quum iustus esset, noluit eam traducere, sed cogitabat clàm eam derelinquere.

20 * Quum autem hæc illi venissent in mentem, apparuit ei angelus Dommi in somnio, & ait illi: Jauseph fili Dauid, ne timeas accipere Mariam vxorem tuam, quod enim genitum est in ea, ex Spiritu sancto est.

21 * Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESCHVA; quippe qui seruaturus sit populum suum à peccatis ipsorum.

22 * Id autem omne factum est vt adimpleretur id quod dictum est à Domino per prophetam.

23 * Ecce virgo vterum feret, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Amanuil, quod exponitur, Nobiscum Deus noster.

24 * Quum igitur surrexisset Jauseph à somno suo, egit sicuti præceperat illi Angelus Domini, & accepit vxorem suam.

25 * Neque cognouit eam donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit illa nomen eius IESCHVA.

Ad vesperam Natalitiorum.

CAP. II.

1 QVum autem natus esset Jeschua in Bethlechē quæ est Jihoudæa in diebus Heroudis regis, aduenerūt Magi ab Oriente ad Ourischlē. 2 * Et inquiunt. Vbi natus est ille rex Jihoudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, venimúsque vt adoremus eum.

3 * Quæ quum audisset rex Heroudes perterritus est, totáque Ourischlem cum eo.

4 * Et congregatis omnibus principibus sacerdotum, & scribis populi, percontatus est ab eis vbi Meschicho nasceretur.

17 * Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. & à Dauid vsque ad trāsmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.

18 * Christi autē generatio sic erat. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

19 * Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere; voluit occultè dimittere eam.

20 * Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuā. quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

21 * Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

22 * (Hoc autem totum factū est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem:

23 * Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & †vocabunt nomē eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.)

24 * Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugem suam.

25 * Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

1 CVm ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudę in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam,

2 * dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudęorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

3 * Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

4 * Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur.

17 * πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες.

18 * Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν· μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου.

19 * Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτήν.

20 * Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων, Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαρίαν τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

21 * τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

22 * Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου, διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος·

23 * ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

24 * διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος κυρίου· καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

25 * καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

β'.

1 * Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως, ἰδοὺ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα,

2 * λέγοντες, Ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ.

3 * ἀκούσας δὲ Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ.

4 * καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται.

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 *Illi autem dixerunt, In Bethlechem quæ est Iihoudæ, sic enim scriptum est per prophetam.*

6 *Tu quoque Iihoudaica Bethlechem, nequaquam minima es inter reges Iihoudæ; ex te enim prodibit rex qui pascet populum illum meum Iſroiel.*

7 *Tum Heroudes clàm vocauit Magos, & exquisiuit ab eis quonam tempore stella eis apparuisset.* 8 *Eosque dimittens Bethlechem, ait illis: Exquirite diligenter super puerulo: postquam autem inueneritis eum, venite, renuntiate mihi, vt & ego proficiscar illum adoraturus.*

9 *Illis autem his à rege auditis abière, & ecce stella quam viderant in Oriente, præcedebat eos donec venit, stetitque super locum vbi erat puer ille.*

10 *Quum autem vidissent stellam, gauisi sunt gaudio magno admodum, domumque ingressi contemplati sunt puerulum cum Mariam matre eius.*

11 *Et procidentes adorarunt eum, suosq; thesauros aperuêre, ac obtulerunt ei oblationes, aurum, myrrham, & thus.*

12 *Et visum est eis in somnio, ne reuerterentur ad Heroudem; itaque per aliam viam profecti sunt in regionem suam.*

Ad Matutinam infanticidij.

13 *QVum autem abiissent, apparuit angelus Domini in somnio ipsi Iauseph, & ait illi, Surge, accipe puerulum & matrem eius, & in Ægyptum fugito, & illic esto vsquedum dixero tibi: futurum est enim vt Heroudes quærat puerum, vt illum perdat.*

14 *Iauseph itaque surgens accepit puerum & matrem eius noctu, fugáque in Ægyptum contendit.*

15 *Et fuit illic adusque mortem Heroudis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum.*

16 *Tum Heroudes quum videret se à Magis illusum esse, vehementer excanduit, misitque qui interficerent omnes pueros Bethlechmitas, finitimosq; omnes à nato duos annos & infrà, secundùm tempus quod ex Magis exquisierat.*

5 ‡ At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam.

6 ‡ Et tu Beth-lehem Terra-Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.

7 ‡ Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis.

8 ‡ Et mittens illos in Beth-lehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

9 ‡ Qui cùm audissent regem, abierunt, & ecce stella quam viderat in Oriente, antecedebat eos, vsquedum veniés staret suprà vbi erat puer.

10 ‡ Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè.

11 ‡ Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius. & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

12 ‡ Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

13 ‡ Qui cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi: Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad C perdendum eum.

14 ‡ Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum.

15 ‡ Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam, dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum.

16 ‡ Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittés occidit omnes pueros qui erant in Beth-lehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundùm tempus quod exquisierat à Magis.

5 ‡ ὁ δὲ εἶπον αὐτῷ, ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου·

6 ‡ καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅς τις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

7 ‡ τότε Ἡρῴδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε πρὸς αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος·

8 ‡ καὶ πέμψας αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ, εἶπε, πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ.

9 ‡ οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ ἰδοὺ ὁ ἀστὴρ ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.

10 ‡ ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα.

11 ‡ καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν.

12 ‡ καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρῴδην, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

13 ‡ Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοί· μέλλει γὰρ Ἡρῴδης ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό.

14 ‡ ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον.

15 ‡ καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρῴδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου.

16 ‡ Τότε Ἡρῴδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν, καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν μάγων.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 *Tunc impletum est id quod dictum est per Irmeio prophetam, dicentem:*
18 *Vox audita est in Rometho, fletus & lamentum multum: Rochel plorans super filios suos, renuitque vllam accipere consolationem, eò quòd non sunt.*

Ad oblationem Infanticidij.

19 *Quum autem obiisset rex Heroudes, visus est angelus Domini in somnio ipsi Jausephin Aegypto, & ait illi:*
20 *Surge, assume puerum & matrem eius, & proficiscere in terram Israel, etenim mortui sunt illi, qui quærebant animam pueri.*
21 *Cùm itaque surrexisset Jauseph, assumpsit pueruin & matrem eius, & venit in terram Israel.*
22 *Quum autem audiuisset Archelaum in Iehoudæa, regem esse loco Heroudis patris sui, timuit illuc proficisci. Et visum est ei in somnio eundum esse in regionem Galilææ.*
23 *Quò cùm peruenisset, habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nozerath; vt impleretur id quod dictum est per prophetam, fore vt Nazarenus vocaretur.*

Festo Epiphaniæ. CAP. III.

1 *Illis autem ipsis diebus venit Iouchanon Baptista, & prædicauit in deserto Iehoudææ, & dicebat:*
2 *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.*
3 *Is enim est qui dictus est per Eschaio prophetam: Vox clamantis in deserto, parate vias Domini, & adæquate semitas eius.*
4 *Ipse autem Iouchanon habebat vestimentum suum è pilis camelorum, zonamque pelliceam circum lumbos suos, & cibus eius erant locustæ & mel agreste.*
5 *Tunc exiuit ad eum Ourischlem & tota Jihoudæa, totaque regio ambiens Iourdenon.*
6 *Et baptizabatur ab eo in Iourdenon flumine, postquam peccata sua fuerant confessi.*
7 *Quum aût videret multos è Perischæis & Zadoukeis venientes, vt baptisarêtur, ait illis: Generatio viperarum, quis vobis indicauit, vt fugeretis ab ira ventura?*
8 *Facite igitur fructus dignos pœnitentia.*
9 *Neque cogitetis & dicatis in animabus vestris, Est nobis pater Abrohō: etenim dico vobis, Deū posse ex lapidibus istis suscitare filios ipsi Abrohō.*

*Tunc adimpletum est quod dictum
est per Ieremiam prophetam, dicentem,
*Vox in Rama audita est, ploratus &
vlulatus multus, Rachel plorans filios
suos, & noluit consolari, quia non sunt.
*Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto,
*Dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.
*Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel.
*Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.
*Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

Marc. 1. 1. Luc. 3. 1. Ioan. 1. 19. Marc. 1. 2. Luc. 3. 4. quo dictum est.

*IN diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ,
*Et dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.
*Hic est enim †qui dictus est per Isaiã prophetam, dicentem, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
*Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ & mel syluestre.
*Tunc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem:
*Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.
*Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptisB mum suum, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?
*Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.
*Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

17 *τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ Ἰερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος·
18 *φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς· Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσί.
19 *τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρῴδου, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ
20 *λέγων, ἐγερθεὶς παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου.
21 *ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ.
22 *ἀκούσας δὲ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρῴδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς δὲ κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας.
23 *καὶ ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ, ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται.

γ'.

1 *Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας·
2 *καὶ λέγων, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
3 *οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.
4 *αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ· ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες, καὶ μέλι ἄγριον.
5 *τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου·
6 *καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.
7 *ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, γεννήματα ἐχιδνῶν, τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς;
8 *ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας.
9 *καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.

---

17 הידין אתמלי מרם דאתאמר בידד ארמיא נביא דאמר: 18 קלא אשתמע ברמתא בכיא ואליא סגיאא רחיל בכיא על בניה ולא צבית למתבייו סטל דלא איתיהון:

דקורבא דקלא דיוחנא

19 כד מיתו דין הרודס מלכא אתחזי מלאכא דמרא בחלמא ליוסף במצרין ואמר לה: 20 קום דבר לטליא ולאמה וזל לארעא דיסראל: מיתו להון גיר הנון דבעין נפשה דטליא: 21 ויוסף קם ודבר לטליא ולאמה ואתא לארעא דיסראל: 22 כד דין שמע דארכלאום הוא מלכא ביהוד תחל דנאזל לתמן ואתחזי לה בחלמא דנאזל לאתרא דגליל: 23 ואתא עמר במדינתא דמתקרי נצרה איך דתתמלי מדם דאתאמר בנביא דנעזיא נתקרא:

---

17 הדין] ס קפלאון ג 18 הובו] ס קרכה לה מלכותא דשמיא: 19 והנו גיר הו דאמיר ביד אשיה נביא קלא דקרא בחורבא פייבו אורחה דמריא 20 קקצא ודבשא דבראי: 21 הידין יוחנן אימוהי הוא לבשיא דסגרא דנפלא ואמר חצא דמשכא על חצוהי d ומאכלהה 22 ביורדנן נהרא כד שוריו בחשהין: 23 דאכדגא מגי חיוכון למערק מן זרוקיא דאתין למעבד אפר להון ילדא 24 תיבותא הוא בנפשכון דאנא איהלן אברהם אפר אנא לכון גיר דמשכח אלהא מן הליך כאפא למקמו בניא לאברהם:

a עמר הוא מכל b תב שניא c אכל d וגא e חיא f תיבותא הוא g קם

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 * Ecce autem posita est securis ad radicem arborum, omnis igitur arbor quæ bonos fructus non facit, exciditur & in ignem cadit.

11 * Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam, ille verò qui post me venit, fortior me est, cuius non sum dignus ferre calciamenta, ipse baptizaturus est vos in Spiritu sanctitatis & igne, * Cuius ventilabrum in manu ipsius, & repurgat areas suas, & triticum cogit in horrea sua, paleámque comburit igni inextinguibili.

13 * Tunc venit Jeschua è Galilæa in Jourdenon ad Iouchanon vt baptizaretur ab eo.

14 * Ipse autem Jouchanon prohibebat eum, & dicebat: Ego quidem necesse habeo baptizari à te, & tu venis ad me?

15 * At ipsemet Jeschuá respondens, ait illi: Sine nunc, sic enim decet nos adimplere omnem rectitudinem. & tunc omisit eum.

16 * Quum autem baptizatus fuisset Jeschua, statim ascendit ex aqua, & aperti sunt ei cæli, & suspexit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super ipsum.

17 * Et ecce vox è cælis, dicens: Hic est filius meus dilectissimus in quo mihi complacui.

Dominica introitus ieiunij, & ad oblationem Quadragesimæ.

CAP. IIII.

1 TVnc Jeschuá subductus est à spiritu sanctitatis in desertum vt tentaretur ab accusatore. i. diabolo.

2 * Et ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea verò esurijt.

3 * Et accedens tentator ille, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt isti lapides panis fiant.

4 * At ille respondit, & ait: Scriptum est, Non tantummodo pane viuit homo, sed omni verbo quod procedit ex ore Dei.

5 * Tunc transtulit eum accusator ille super sacrosanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & ait illi:

6 * Si filius Dei es, deorsum te dede præcipitem. Scriptum est enim, Angelis suis præcipiet de te, vt manibus suis te subleuent, ne offendas ad lapidem pedem tuum.

10 * Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ nō C Isa. 7.b facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

11 * Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. qui autem post me venturus est, fortior me est; cuius non sum dignus calceamenta portare. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.

12 * Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

13 * Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. D

14 * Iohannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.

15 * Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modò. sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.

16 * Baptizatus antem Iesus, confestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.

17 * Et ecce vox de cælis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CAP. IIII.

1 TVnc Iesus ductus est in * desertum à * Spiritu, vt tentaretur à diabolo A

2 * Et cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

3 * Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiãt.

4 * Qui respondens dixit: Scriptum est, Nō in solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

5 * Tunc assumpsit eũ diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.

6 * Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

10 * ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται.

11 * ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί.

12 * οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ.

13 * τότε παραγίνεται ὁ ἰησοῦς ἀπὸ τῆς γαλιλαίας εἰς τὸν ἰορδάνην πρὸς τὸν ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ.

14 * ὁ δὲ ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;

15 * ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἄφες ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· τότε ἀφίησιν αὐτόν.

16 * καὶ βαπτισθεὶς ὁ ἰησοῦς, ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ ἰδοὺ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν.

17 * καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν, λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.

Δ'.

1 * Τότε ὁ ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου.

2 * καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασε.

3 * καὶ προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων, εἶπεν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

4 * ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε· γέγραπται, οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ.

5 * τότε παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.

6 * καὶ λέγει αὐτῷ, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γάρ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

---

10 הָא דֵין נִרְגָּא סִים עַל עִקָּרָא דְאִילָנָא כָּל אִילָנָא דְּלָא עָבֵד פֵּרְיָא טָבָא לָא עָתִיד לְמִתְפְּסַק וְנִפַּל לְנוּרָא׃ 11 אֲנָא
סַעֲדָד אֲנָא לְכוֹן בְּמַיָּא לְחֵיכְוּתָא הוּא דֵין דְּבָתְרַי אָתָא תַּקִּין דְּלָא שְׁוָא אֲנָא סְנָנֵיתֵי לְמִשְׁקְלֵי הוּ סַעֲדָד לְכוֹן
בְּרוּחָא דְקוּדְשָׁא וְבִנוּרָא׃ 12 הוּ דְרַפְשָׁא בְּאִידֵיהּ וְדַכֵּא אִדְּרוֹתֵי וְחֵטֵא בֵּנֵשׁ לְאוֹצָרוֹתֵי וְתִבְנָא סוֹקַד בִּנוּרָא דְּלָא יַעֲכֵא׃ 13 הֵידֵין אָתָא יֵשׁוּעַ מִן גְּלִילָא לְיוֹרְדָנֵן לְוָת יוֹחָנֵן דְּנֶעְמַד מִנֵּהּ׃ 14 וְיוֹחָנֵן מְבַלֵּא לֵהּ וְאָמַר אֲנָא סְנִיק
אֲנָא דְּסָעֵד אִתְעַמֶּד וְאַנְתְּ לְוָתִי אָתַיְתְּ׃ 15 הוּדֵין יֵשׁוּעַ עָנֵא וְאָמַר לֵהּ שְׁבוֹק הָשַׁא הָכְנָא גַּיר יָאֵא לַן דְּנַסְלֵא כְּלֵּיהּ כְּאוֹנְהָא
וְהֵידֵין שְׁבָקֵהּ׃ 16 כַּד עֲמַד דֵּין יֵשׁוּעַ מַחֲרָא סְלֵק מִן מַיָּא וְאִתְפְּתַח לֵהּ שְׁמַיָּא וְחָזָא רוּחָא דֵאלָהָא דְּנָחֵת כְּאֵיךְ יוֹנָא
וְאָתֵי עֲלוֹהִי׃ 17 וְהָא קָלָא מִן שְׁמַיָּא דַּאֲמַר הָנוֹ בְּרִי חֲבִיבָא דְּבֵהּ

---

1 הֵידֵין יֵשׁוּעַ אִתְדַּבַּר מִן רוּחָא דְקוּדְשָׁא לְמַדְבְּרָא דְּנִתְנַסֵּא מִן אֲכָלְקְרָצָא׃ 2 וְצָם אַרְבָּעִין יוֹמִין וְאַרְבָּעִין לֵילִין
אַחֲרֵיהּ דֵּין כְּפֵן׃ 3 וְקָרֵב הוּא דְמְנַסֵּא וַאֲמַר לֵהּ אִן בְּרָה אַנְתְּ דֵאלָהָא אֱמַר דֵּין אַבְנַיָּא הָדֵין דְּנֶהְוֹן כִּכְּרָן׃
4 הוּדֵין עָנָא וַאֲמַר כְּתִיב דְּלָא הֲוָא כְּלֵחְמָא בִּלְחוֹד הֲיָא בְּרִנְשָׁא אֶלָּא בְּכֹל מִלְּתָא דְּנָפֵק מִן פּוּמָא דֵאלָהָא׃
5 הֵידֵין דַּבְּרֵהּ אֲכָלְקְרָצָא לְמַדִּינַת קוּדְשָׁא וְאַקִּימֵהּ עַל כְּנָפָא דְּהֵיכְלָא דְּמַקְדְּשָׁא׃ 6 וַאֲמַר לֵהּ
אִן בְּרָה אַנְתְּ דֵאלָהָא שְׁדִי נַפְשָׁךְ לְהַחַת כְּתִיב גַּיר דְּלְמַלְאֲכוֹהִי נְפַקֵּד עֲלָךְ וְעַל אִידֵיהוֹן נְשַׁקְלִנָּךְ דְּלָא תְּהַקֵּל

---

1 עלל גם
2 גבלקרצא פעמים
3 משיח
4 יום
5 היא מלל
6 דבר
7 שרא
8 איתא עדיאת יי
9 שקל תקל

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 * Ait illi Jeschua, Rursus scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.
8 * Iterũ transtulit eum accusator in montem admodum sublimem, eique ostendit omnia regna mundi, & omnem eorum gloriam.
9 & ait illi: * Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.
10 * Tum dixit ei Jeschua, Abi tibi inimice. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, illumque ipsum solumnodo coles.
11 * Tunc omisit eum accusator: & ecce angeli accesserunt, illique ministrauere.

Dominica post Epiphaniam.

12 * Quum autem audiuisset Jeschua Jouchanon coniectum fuisse in carcerem, reuersus est in Galilæam.
13 * Relictáque Nozerath venit & habitauit in Capharnachum iuxta mare in finibus Zebouloun & Naphtholi.
14 * Vt impleretur quod dictum est per Eschaio prophetam, dicentem:
15 * Terra Zebouloun terra Naphtholi, via maris trans Jourdenon, Galilæa gentium.
16 * Populus qui sedebat in tenebris lucem magnam conspicatus est, & ijs qui habitabant in regione & vmbra mortis, lux est exorta.
17 * Inde cœpit Jeschua prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.
18 * Quúmque iter faceret iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Schemeoun qui vocatur Kipho, & Andream fratrem eius in mare retia proijcientes (erant enim piscatores.)
19 * Et ait illis Jeschua, Venite post me, & faciam vos esse piscatores hominum.
20 * Illi autem confestim retia sua dimittentes, post eum iuere.
21 * Et quum illinc discederet, vidit duos alios fratres Jaakoub filium Zabdai & Jouchanon fratrem eius, in nauicula cum Zabdai ipsorum patre, resarcientes retia sua, & vocauit eos Jeschua.
22 * Illi autem statim reliquerunt nauiculam & patrem suum, ac sequuti sunt eum.
23 * Et perlustrabat Jeschua vniuersam Galilæam, docebatque in synagogis eorum, & prædicabat Euangelium regni, atque sanabat omnem dolorem, omnémque languorem in populo.

Deut. 6. c. 16 7 * Ait illi Iesus rursum, Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.
8 * Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei B omnia regna mundi, & gloriam eorum.
9 * Et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.
10 * Tunc dicit ei Iesus, Vade *retro me Satana: scriptum est enim, Dominum Deu tuum adorabis; & illi soli seruies.
Deut. 16 c. 13
11 * Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Mar. c. 1. Luc. 4. c. Ioh. 4. c. 43 12 * Cvm autem audisset Iesus quòd Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam:
13 * Et relicta ciuitate Nazareth, vênit & habitauit in † Caphernaũ maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim,
†ciuitate
14 * Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem:
Mat. c. 4. 15 * Terra Zabulõ & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem, Galilæa gentium:
16 * Populus qui †sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione, & vmbra mortis, lux orta est eis.
†ambulabat
17 * Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.
Mar. c. 1. 15
18 * Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores.)
Mar. c. 1. 16. Luc. c. 5.
19 * Et ait illis, Venite post me: & faciá vos fieri piscatores hominum.
20 * At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.
21 * Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi & Iohannem fratrẽ eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit D eos.
22 * Illi autẽ statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.
23 * Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni; & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo.

7 * ἔφη αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, πάλιν γέγραπται, οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου.
8 * πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν·
9 * καὶ λέγει αὐτῷ, ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι.
10 * τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ὕπαγε *ὀπίσω μου σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.
11 * τότε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι προσῆλθον, καὶ διηκόνουν αὐτῷ.

12 * Ακούσας δὲ ὁ ἰησοῦς ὅτι ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν γαλιλαίαν.
13 * καὶ καταλιπὼν τὴν ναζαρὲτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς καπερναούμ τὴν παραθαλασσίαν, ἐν ὁρίοις ζαβουλὼν καὶ νεφθαλείμ,
14 * ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγοντος·
15 * γῆ ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ ἰορδάνου, γαλιλαία τῶν ἐθνῶν.
16 * ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.
17 * Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν, μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
18 * περιπατῶν δὲ ὁ ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφοὺς, σίμωνα τὸν λεγόμενον πέτρον, καὶ ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς·
19 * καὶ λέγει αὐτοῖς, δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων.
20 * ⓐ οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολούθησαν αὐτῷ.
21 * καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς, ἰάκωβον τὸν τοῦ ζεβεδαίου, καὶ ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς αὐτῶν, καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς.
22 * ⓐ οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.
23 * καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν γαλιλαίαν ὁ ἰησοῦς, διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ.

---

7 אָמַר לֵהּ יְשׁוּעַ תּוּב כְּתִיב דְּלָא תְנַסֵּא לְמָרְיָא אֱלָהָךְ׃ 8 תּוּב דַּבְּרֵהּ אֲכַלְקְרָצָא לְטוּרָא רָמָא רַם וְחַוְיֵהּ כָּלְהֵין מַלְכְוָתָא מ"ן מַלְכְוָתָא
9 וַאֲמַר לֵהּ כָּל אִלֵּין אֶתֵּן לָךְ ° אֲחֵל אִן ° כַּפֵּל תִּסְגּוֹד לִי׃ 10 הֵדֵין אֲמַר לֵהּ יְשׁוּעַ ° זֵל לָךְ סָטָנָא ° נְכָל אֲזַל
כְּתִיב גֵּיר דְּלְמָרְיָא אֱלָהָךְ תִּסְגּוֹד וְלֵהּ בְּלַחּוֹדוֹהִי תִּפְלַח׃ 11 הֵדֵין שְׁבְקֵהּ אֲכַלְקְרָצָא וְהָא מַלְאֲכָא קְרִבוּ וְמְשַׁמְּשִׁין הֲווֹ לֵהּ׃
דְּחַד בְּשַׁבָּא דְּבַר ° דְּנָחָא ׃

12 כַּד שְׁמַע הֵין יְשׁוּעַ דְּיוֹחָנָן ° אִשְׁתְּלַם ° שַׁנִי לֵהּ לְגָלִילָא׃ 13 וְשַׁבְקֵהּ לְנָצְרַת וְאָתָא ° עְמַר בְּכַפַּרְנַחוּם עַל יַד יַמָּא
בְּתְחוּמָה דְזַבוּלוֹן וְדְנַפְתָּלִי׃ 14 דְּנָתְפְּלָא מַדֵּם דְּאֲמַר בְּיַד אֶשַׁעְיָא נְבִיָא דְאָמַר׃ 15 אַרְעָא דְזַבוּלוֹן אַרְעָא דְנַפְתָּלִי אוֹרְחָא
דְיַמָּא עֲבְרוֹהִי דְיַרְדְּנָן גְּלִילָא דְעַמְמַיָּא ׃ 16 עַמָּא דְיָתֵב בְּחֶשׁוֹכָא נְהִירָא רַבָּא חֲזָא וְאִילֵּין דְיָתְבִין בַּאֲתַר וְבְקוֹלְלָא רְמִיתָא. ° עֲמַר מעט ושב

17 מִן הֵידֵין שָׁרִי יְשׁוּעַ לְמִכְרֵז וְלְמֵאמַר הָבוּ קִרְבַת לָהּ גֵּיר מַלְכוּתָא דַשְׁמַיָּא ׃
18 וְכַד מְהַלֵּךְ עַל יַד יַמָּא דְגָלִילָא חֲזָא תְּרֵין אֲחֵין שִׁמְעוֹן דְאִתְקְרִי כֵּאפָא וְאַנְדְּרֵאוֹס אֲחוֹהִי דְרַמְיִן ° מְצִידָתָא בְּיַמָּא
אִיתַיְהוֹן הֲוֵי גַּיר צַיָּדֵא ׃ 19 וַאֲמַר לְהוֹן יְשׁוּעַ ° תּוּ כְּתַרוּ וְאֶעְבֵּדְכוֹן דַּהֲווֹן צַיָּדֵא דְבְנֵינָשָׁא ׃
20 הֵנוֹן דֵּין מִכַּדֵּא שְׁבְקוּ מְצִידָתְהוֹן ° וְאִזְלוּ בָּתְרֵהּ ׃ 21 וְיַתְבַן אֲחוֹהִי בְּאַלְפָּא עִם זַבְדִּי אֲבוּהוֹן ° וְמַתְקְנִין מְצִידָתְהוֹן וְקָרָא אִנּוּן יְשׁוּעַ
הֵנוֹן דֵּין מִכַּדֵּא שְׁבְקוּ לְאַלְפָּא וְלְאֲבוּהוֹן וְאִזְלוּ בְּתְרֵהּ ׃ 22 בָּקְבוּשְׁתְהוֹן וְסִכְּרֵי תְּבְרֵהּ וְסַלְּכוּתָא ׀ וְסָאנֵא ° כְּאב ° וְכִירְתַן בְּעָמָא ׃ 23 וְסְחֵיבֵךְ הֲוָא יְשׁוּעַ בְּכֻלָּהּ גְּלִילָא ׀ וְסַלֵּף הֲוָא

ᵃ כְּרִי
ᵇ צֵר
ᶜ אַתָּא
ᵈ תִּקֵּן
ᵉ כְּרִיךְ מעט חור
ᶠ אַרְף אַתָּא
ᵍ כִּיוֵּב עברית בהצמד
ʰ בְּרִית

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 *Et audita est fama eius in tota Syria, & offerebantur ei omnes qui pessimè affecti erant infirmitatibus variis: quique cruciatibus cõstringebãtur, nec non dæmoniaci, & lunatici, & paralytici: eosque sanauit.*

25 *Et sequebantur eum turbæ multæ à Galilæa ac Decapoli, & ab Ouriſchlem & à Jihoudæa, & regionibus* ſitis *vltrà Jourdenon.*

Apoſtoſorum & Patrum.

CAP. V.

1 *QVum autem vidiſſet Jeſchua turbas, aſcendit in montem: quumque conſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius.*

2 *Et aperuit os ſuum eosque docuit, in-*
3 *quiens. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

4 *Beati lugentes, quippe qui conſolationem accepturi ſunt.*

5 *Beati mites, quippe qui hæreditatis iure poſſeſſuri ſunt terram.*

6 *Beati illi qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

7 *Beati miſericordes, quoniam ſuper eos futuræ ſunt miſericordiæ.*

8 *Beati illi qui mundi ſunt corde, quippe*
9 *qui viſuri ſunt Deum. Beati pacifici, quippe qui filij Dei vocabuntur.*

10 *Beati illi qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

11 *Beati vos, quum exprobrauerint vobis, vosque perſecuti fuerint, & dixerint omne verbum malum, aduerſus vos propter me in mendacio.*

12 *Tunc gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælis, ſic enim perſecuti ſunt prophetas qui vos præceſſerunt.*

13 *Vos eſtis ſal terræ: quòd ſi ſal infatuatum fuerit, quo ſalietur? ad nullum venit vſum, niſi vt proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

14 *Vos eſtis lux mundi: impoſſibile eſt vt abſcondatur ciuitas, quæ ſuper montem ædificata eſt.*

15 *Neque lumen lucernæ admouent, vt ponant eam ſubter modium, ſed ſuper candelabrum: & lucet ijs omnibus qui ſunt in ædibus.*

24 *Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, varijs languoribus & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.*

Matt. 3. 4. Luc. 6. 17 25 *Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ieroſolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.*

CAP. V.

1 VIdens autem turbas, aſcendit in montem: & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius,

2 *Et aperiens os ſuum docebat eos, di-*
Luc. 6. 20 *cens,*

3 *Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

4 *Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.*

Pſal. 36. 11 5 *Beati mites: quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

Iſai. 61. 2. Ier. 6. 13. & 66. 10. Pſal. 22. 6. 9 6 *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.*

7 *Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

8 *Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.*

9 *Beati pacifici: quoniam ipſi filij Dei vocabuntur.*

2. Pet. 2. 4. 10. & 3. 3. 4. 4. 14. 10 *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

homi-nes 11 *Beati eſtis cùm maledixerint vobis†, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me:*

12 *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. ſic enim B perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos.*

Matt. 5. 13. Luc. 14. 34. 13 *Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

14 *Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.*

Matt. 4. 6. Luc. 8. 16. & 11. 33. 15 *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.*

24 καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν συρίαν, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σελληνιαζομένους, καὶ παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς.

25 καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς γαλιλαίας, καὶ δεκαπόλεως, καὶ ἱεροσολύμων, καὶ ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ ἰορδάνου.

ε'.

1 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθίσαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

2 καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτοὺς, λέγων,

3 μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

4 μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

5 μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

6 μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

7 μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

8 μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.

9 μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται.

10 μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

11 μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ·

12 χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν.

13 ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.

14 ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπὶ ὄρους κειμένη.

15 οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 ‡ Ita luceat lux vestra coram hominibus vt videant bona opera vestra, euehantque laudibus patrem vestrum qui in cælis est.

17 ‡ Ne putetis me venisse vt soluam legem aut prophetas, non vt soluam, sed vt adimpleam.

18 ‡ Amin enim dico vobis ego, donec trāsierint cæli & terra, Ioud vnum, vnusue apex non præteribit à lege donec omnia fiant.

19 ‡ Quisquis igitur soluerit vnum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum. quisquis autem fecerit & docuerit, iste magnus vocabitur in regno cælorum.

20 ‡ Ego enim dico vobis, Nisi abundauerit iustitia vestra pluſquam Scribarum & Periſchæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

Matutinis III. Feriæ Septimanæ præcedent. Ieiunium.

21 ‡ Audistis dictum fuisse antiquis, Non occides: & quisquis occiderit, reus erit iudicij.

22 ‡ Ego verò dico vobis, Quicunque irascetur fratri suo temerè, reus est iudicij; & quicunque dixerit fratri suo raka, reus est consessus: & quisquis dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.

23 ‡ Igitur si obtuleris munus tuum super altare, & illic recordatus fueris fratrem tuum retinere cōtra te inimicitiam aliquam:

24 ‡ Dimitte illic oblationem tuam super altare, & abi: primùm redi in gratiam cum fratre tuo, & tum veni, offer oblationem tuam.

25 ‡ Esto desiderabilis cum aduersario tuo citò, dum adhuc cum illo es in via, ne fortè aduersarius tuus tradat te iudici, & iudex tradat te exactori, & incidas in domum vinctorum.

26 ‡ Amin enim ego dico tibi, te illinc non egressurū donec reddideris octauū †numulum vltimum.

27 ‡ Audistis dictum fuisse, Non mœchaberis.

28 ‡ Ego verò dico vobis, Quisquis aspexerit mulierem vt eam concupiscat, illicò adulterauit eam in corde suo.

16 ‡ Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

17 ‡ Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas. non veni soluere, sed adimplere.

18 ‡ Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut C vnus apex non præteribit à lege: donec omnia fiant.

19 ‡ Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. qui autem fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum.

20 ‡ Dico enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

21 ‡ Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. qui autem occiderit, reus erit iudicio.

22 ‡ Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. D Qui autem dixerit fratri suo raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.

23 ‡ Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te:

24 ‡ Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius recōciliare fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

25 ‡ Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris.

26 ‡ Amen dico tibi, Non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.

27 ‡ Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis.

39 * Et recessit paululum , & procidit in faciem suam , precesque fudit , & ait , Pater mi, si possibile est, prætereat me calix iste: veruntamen non vt ego volo, sed vt tu.

40 * Venitque ad discipulos suos , & reperit dormientes . & ait Kipho , Itane non potuistis vna hora vigilare mecum?

41 * Expergiscimini , & orate , ne intretis in tentationem : spiritus quidem promptus est, corpus verò infirmum.

42 * Rursus abiens secundò preces fudit, & ait: Pater mi, si non potest iste calix præterire quin bibam eum, fiat voluntas tua.

43 * Veniensque iterum reperit eos dormientes: oculi enim eorum grauati erant.

44 * Et reliquit eos , & abiit. rursus orauit tertia vice, eundemque sermonem dixit.

45 * Tunc venit ad discipulos suos , & ait illis, Dormite adhuc & requiescite, ecce appropinquat hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum.

46 * Surgite , eamus , ecce appropinquat ille qui prodit me.

47 * Et adhuc ipso loquente , ecce Jihoudo proditor , vnus ex duodecim venit , & turbæ cum eo multæ cum ensibus ac fustibus , à principibus Sacerdotum & senioribus populi.

48 * Dederat autem eis signum Ithoudo ille proditor , dicens : Quemcunque osculatus fuero, hic est: ipsum prehendite.

49 * Et confestim accessit ad Jeschua, & ait: Pax Rabbi: eumque deosculatus est.

50 * Ipse verò Jeschua dixit ei: Ob id venisti socie mi? Tunc accesserunt , iniecerunt- que manus suas in Ieschua , & prehenderunt eum.

Ioh.13. d.38 * Ait illi Petrus : Etiam si oportuerit 35 me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Mar.14. d.32. Luc.22. d.39 * Tunc venit Iesus cum illis in villam 36 quę dicitur Geth-semani: & dixit discipulis suis , Sedete hîc , donec vadam illuc, & orem.

* Et assumpto Petro & duobus filiis 37 Zebedęi, cœpit cõtristari & mœstus esse.

* Tunc ait illis: Tristis est anima mea 38 vsque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate mecum.

* Et progressus pusillum , procidit in 39 faciem suam, orans, & dicens: Pater mi, si possibile est , transeat à me calix iste. veruntamen non sicut ego volo , sed sicut tu.

* Et venit ad discipulos suos, & inue- 40 nit eos dormientes : & dicit Petro , Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?

* Vigilate , & orate vt non intretis in 41 tẽtationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

* Iterum secundò abiit : & orauit, di- 42 cens, Pater mi, si nõ potest hic calix trãsire nisi bibam illum , fiat voluntas tua.

* Et venit iterùm, & inuenit eos dor- 43 mientes: erant enim oculi eorũ grauati.

* Et relictis illis, iterùm abiit: & orauit 44 tertiò, eundem sermonem dicens.

* Tunc venit ad discipulos suos , & 45 dicit illis : Dormite iam , & requiescite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

* Surgite, eamus: ecce appropinqua- 46 uit qui me tradet.

Mar.14. d.42. Luc.22. d.47. Ioh.18. d.3 * Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus 47 de duodecim venit, & cũ eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus Sacerdotum & senioribus populi.

* Qui autem tradidit eum, dedit illis 48 signum , dicens : Quemcunque osculatus fuero , ipse est: tenete eum.

* Et confestim accedens ad Iesum, di- 49 xit, Aue rabbi. Et osculatus est eum.

* Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid 50 venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum.

---

11 אמר לה כיפא אן נהוא לי דמסרת עמך לא אכפור בך והכדנית אף כלהון׃ 16 הידין אתא לאתר דאסמה גשמן ואמר לתלמידוהי חבו הרכא עד אזל אצלא׃ 37 ודבר לכאפא דהוה אשתא עמהון ית׳ כיפא ובני זבדי ושרי לסתכסרו ולסתחצקו׃ 38 ואמר להון כרי אתהי מכאב נפשי לסמתא חבו הכא ואיקדו עמי׃ 39 ופרק קליל ונפל על אפותהי ומצלא הנא ואמר אבי אן משכחא נעברני כדא הנא לא אשתחתון הנא שעא ואתשכרון ואצלון׃ 41 אתתעירו ואצלון דלא תעלון לנסיונא רוחא מסתיבא פגרא דין קריהו׃ 42 הוב אזל דתתין זבנין צלי ואמר אבי אן לא משכחה הנא כדא דנעבר אלא אן אשתיתה נהוא צבינך׃ 43 ואתא הוב אשתכח אנון כד נסכין עיניהון גיר יקירן תמי׃ 44 ושבק אנון ואזל הוב צלי תלתא זבנין זלה׃ 45 הידין אתא לות תלמידוהי ואמר להון כדכו מכיל ואתתניחו הא קטה שעתא ובריה דאנשא אשתלם באידיהון דחטיאו׃ 46 קומו נאזל הא קטה הו דמשלם לי׃ 47 ועד הו מסהל הא יהודא קסלקנא חד מן תרעסרתא אתא וכנשא עמה סגיאא מן סטרא וחוטרא מן לות רבי כהנא וקשישא דעמא׃ 48 והוב הנא דאסמה גשמן אמר להון אתא משלמנא ואמר להון דנשק אנא הוא לה אחזו׃ 49 והתנא קרב לות ישוע ואמר שלם רבי ונשקה׃ 50 הו דין ישוע אמר לה עלתי דאתית חברי הידין אתקרבו ואדמיו אידיהון על ישוע ואחדוהי׃

---

* שמא ' עבדא
* שבה מלשון גבא
* יקר ' מלל ' נוח
* כמא ' שלם ' חשא
* קום ' אזל
* מרחשו תרגום
* עברוהי שבעתים
* אחר ' אתא ' רמא

35 * λέγει αὐτῷ ὁ πέτρος , κἂν δέῃ με συν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι . ὁμοίως δὲ καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον.

36 * τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον γεθσημανῆ, καὶ λέγει τοῖς μαθηταῖς , καθίσατε αὐτοῦ ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ.

37 * καὶ παραλαβὼν τὸν πέτρον, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν.

38 * τότε λέγει αὐτοῖς , περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

39 * καὶ προελθὼν μικρὸν, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ προσευχόμενος, καὶ λέγων , πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο . πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.

40 * καὶ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας, καὶ λέγει τῷ πέτρῳ, οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ;

41 * γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον· ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

42 * πάλιν ἐκ δευτέρου ἀπελθὼν, προσηύξατο λέγων, πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

43 * καὶ ἐλθὼν εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας· ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι.

44 * καὶ ἀφεὶς αὐτοὺς, ἀπελθὼν πάλιν , προσηύξατο ἐκ τρίτου, τὸν αὐτὸν λόγον εἰπών.

45 * τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς, καθεύδετε τὸ λοιπὸν , καὶ ἀναπαύεσθε· ἰδοὺ, ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν.

46 * ἐγείρεσθε· ἄγωμεν· ἰδοὺ ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με.

47 * καὶ ἐπ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦλθε, καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ.

48 * ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν , ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον, λέγων, ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· κρατήσατε αὐτόν.

49 * καὶ εὐθέως προσελθὼν τῷ ἰησοῦ, εἶπε , χαῖρε ῥαββεί. καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.

50 * ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; τότε προσελθόντες ἐπέβαλον τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸν ἰησοῦν, καὶ ἐκράτησαν αὐτόν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

51 * Et ecce vnus ex iis qui cum Ieschua erant extendit manum suam, distrinxitque gladium, ac percussit seruum summi Sacerdotis, & abstulit auriculam eius.

52 *Tunc dixit ei Ieschua: Conuerte gladium in locum suum. ij enim omnes qui acceperint gladios, gladiis morientur.

53 * An putas me non posse petere à Patre meo, vt nunc stat plusquàm duodecim legiones angelorum?

54 *Quomodo igitur implerentur Scripturæ, quum sic oporteat fieri?

55 * In illa hora dixit Ieschuaturbis: Tanquam aduersus sicarium exiuistis cum gladiis & fustibus, vt comprehendatis me. Quotidie apud vos in templo sedebam, & docebam, neque comprehendistis me.

56 * Hoc autem factum est vt implerentur Scripturæ Prophetarum. Tùc discipuli omnes reliquerunt eum, & aufugerunt.

57 * Illi autem qui prehenderunt Ieschua, abduxerunt eum ad Kaiopho summum Sacerdotem, vbi Scribæ & seniores congregati erant.

58 * Schemeoun autem Kipho ibat post eum procul vsque ad atrium summi Sacerdotij: & ingressus intrò sedebat cum ministris, vt videret finem.

59 * Principes autem Sacerdotum, & seniores, omnisque Synagoga, quærebant aduersus Ieschua testes, vt eum morti addicerent, nec inuenerunt.

60 * Et venerunt multi testes falsi: postremò verò accesserunt duo, & inquiunt:

61 * Iste dixit: Possum dissoluere templum Dei, & triduo ædificare ipsum.

62 * Et surrexit summus Sacerdos, & ait ei: Ne verbum quidem respondes? quid isti testificantur contra te?

63 * Ieschua verò tacebat. & subdens summus Sacerdos dixit ei: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Meschicho filius Dei.

64 * Ait illi Jeschua: Tu dixisti. Ego dico vobis, ab hoc tempore videbitis Filium hominis sedentem à dextera potentiæ, & venientem super nubes cælorum.

65 * Tunc summus Sacerdos scidit vestimenta sua, & ait: En blasphemauit: quid amplius exquiruntur nobis testes? ecce nunc audistis blasphemiam eius.

51 * Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum, & percutiēs seruum principis Sacerdotum, amputauit auriculam eius.

Gen. 9. 6. Apoc. 13. 10 52 * Tunc ait illi Iesus: Cōuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.

modo 53 * An putas quia non possum rogare Patrem meū, & exhibebit mihi modò plusquàm duodecim legiones angelorū?

Ies. 53. 7. 10 54 * Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

55 * In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me? quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.

Supr. 6. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 18. 56 * Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

57 * At illi tenentes Iesum, duxerūt ad Caipham principem Sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant.

58 * Petrus autem sequebatur eum à longè, vsque in atrium principis Sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt videret finem.

Mar. 14. 55 59 * Principes autem Sacerdotū & omne cōcilium quærebát falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent:

60 * Et non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes:

Ioh. 2. 19 61 * Et dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.

62 * Et surgens princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?

63 * Iesus autem tacebat. Et princeps Sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei.

64 * Dicit illi Iesus, Tu dixisti. verumtamen dico vobis, à modo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

Dan. 7. 13. Act. 1. 11 65 * Tunc princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: Quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam.

51 * καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν μετ' ἰησοῦ, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ· καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως, ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον.

52 * τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀπόστρεψον σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανοῦνται.

53 * ἢ δοκεῖς ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων;

54 * πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί, ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι;

55 * ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ εἶπεν ὁ ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις, ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με.

56 * τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν. τότε οἱ μαθηταὶ πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον.

57 * οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν ἰησοῦν ἀπήγαγον πρὸς καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα, ὅπου οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι συνήχθησαν.

58 * ὁ δὲ πέτρος ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν, ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως. καὶ εἰσελθὼν ἔσω ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἰδεῖν τὸ τέλος.

59 * οἱ δὲ ἀρχιερεῖς, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τὸ συνέδριον ὅλον ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι·

60 * καὶ οὐχ εὗρον· καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων, οὐχ εὗρον. ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες,

61 * εἶπον, οὗτος ἔφη, δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ, καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν.

62 * καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;

63 * ὁ δὲ ἰησοῦς ἐσιώπα. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ, ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἵνα ἡμῖν εἴπῃς εἰ σὺ εἶ ὁ χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

64 * λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, σὺ εἶπας. πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ.

65 * τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, λέγων, ὅτι ἐβλασφήμησε. τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; ἰδοὺ νῦν ἠκούσατε τὸ βλασφημίαν αὐτοῦ.

וְחַשׁ וּמִדְּחוֹ מִשְׁכְּחִין ׀ דְּחַשָׁא דְנָחֲתָא חַרְתָּא׃ ׀׀ רְבִי כַהֲנָא בַּיִן וְקַשְׁיֵשָׁא וְכָנוּשְׁתָּא כְּלָה בְּעַיִן חֲוֵי עַל יֵשׁוּעַ לְהַרְגָא אִיךְ דְּנִסְיְהוֹן׃

וְלָא אֲשְׁכַּחוּ אַתּוּ סַנִיאָא לְהַרְגָא אֲחֵרִית בַּיִן קְרֵבוּ תָּרִין׃ וְאָמְרִין הָנָא אָמַר דְּאֶשְׁתְּבָח בְּאַנָּא

דְאֶשְׁרֵא הֵיכְלָא דֶאלָהָא וְלִתְלָתָא יוֹמִין אֶבְנְיֵיהוֹן׃ וְקָם רַב כַּהֲנָא וְאָמַר לָהּ לָא תְּרֵם מִפְּנָא אֲנָּךְ פְּתָגְמָא

מָנָא מַסְהֲדִין עֲלָיךְ הָלֵין׃ יֵשׁוּעַ בַּיִן שְׁתִיק הֲוָא וַעֲנָא רַב כַּהֲנָא וְאָמַר לָהּ מוֹמָא אֲנָא לָךְ בְּאֱלָהָא חַיָּא

דְתֵאמַר לַן אֲנָּךְ הוּ מְשִׁיחָא בְּרֵהּ דֶאלָהָא׃ אֲמַר לָהּ יֵשׁוּעַ אֲנָּךְ אֲמַרְתָּ אֲמַר אֲנָא לְכוֹן בַּיִן דְּמִן הָשָׁא

לַבְרֵהּ דֶאנָשָׁא דְיֵתֵב מִן יְמִינָא דְחֵילָא וְאָתֵא עַל עֲנָנֵי שְׁמַיָּא׃ ׀׀ יְדִין רַב כַּהֲנָא ׀ צְרֵי מְאנְוֹהִי וַאֲמַר הָא גְדַף מָנָא מְכַל ׀ מָה הָשָׁא שַׁמְּעִתּוּן ׀ גְּדַפָּה׃

׳ וְחַשׁ וּמִדְּחוֹ מִשְׁכְּחִין וּמִשְׁכְּחִין
׳ קְרֵא ׳ קְחַד ׳ מוֹת
׳ שְׁכַח בִּשְׁיִן כמו
׳ אַתָּא ׳ שְׁכַח בִּשְׁיִן שֵׁל
׳ שְׁרֵא ׳ כְּנָא ׳ קוּם
׳ בְּנָא ׳ וְכְנָא ׳ אֲמַר
׳ חֲוֵא ׳ עֲרֵא
׳ קְעֲרֵא ׳ קְרַף
׳ יְשַׁשׁ ׳ אֲרֵג
׳ בְּאַפּוֹי ׳ מוֹת ׳ בְּעָא
׳ קוּם ׳ לְגִיוֹן מִן לְשׁוֹן יָוָן
׳ מְלָא ׳ כְּתֵב
׳ אַחֲרִי ׳ אַלְף
׳ יְבַל ׳ רְחַק
׳ גְּלַל

Universidad de Deusto
Biblioteca

66 * Quid vultis? Responderunt & aiunt:
67 Reus est mortis. * Tunc expuerunt in faciem eius, & infligebant ei colaphos: alij verò percutiebant eum, dicentes:
68 * Vaticinare nobis Meschicho quis te percusserit. * Kipho autem sedebat extrà in atrio: & accessit ad eum ancilla quædam, & ait illi, Tu quoque eras cum Jeschua Na-
70 zareno. * Is autem negauit coram omnibus, & dixit ei, Nescio quid dicas.
71 * Et quum exisset in vestibulum, vidit eum alia mulier, & ait illis qui illic aderant, Erat & iste cum Jeschua Nazareno.
72 * Et rursus negauit cum iureiurando, Nō
73 noui hominem illum. * Paulò post autem accesserunt ij qui adstabant, & dixerunt Kipho: Sanè & tu ex ipsis es: nam & locutio tua tete demonstrat.
74 * Tunc cœpit seipsum deuouere, ac iurare, Non noui illum hominem. Et in illa ipsa hora cantauit gallus. * Et recordatus est
75 Kipho sermonis Jeschua, qui dixerat ei, Antequàm cantet gallus tribus vicibus, abnegabis me. Et egressus foras fleuit amarè.

Matutinis feria sexta Passionis.

CAP. XXVII.

1 QUum autem esset diluculum, consilium iniere aduersus Jeschua principes Sacerdotum, & seniores populi, vt eum mortis
2 dicerent. * Et vincierunt eum, eumque adduxère, ac tradiderunt Pilato præfecto.
3 * Tunc Iehoudo proditor, quum videret damnatum iri Jeschua, pœnituit, & profectus retulit illos triginta argenteos ad principes Sacerdotum & seniores.
4 * Et ait: Peccaui, quippe qui prodiderim sanguinem iustum. At illi dixerunt ei: Quid ad nos? tu noueris.
5 * Et proiecit illos argenteos in templum, & discessit: abiensque strangulauit sese.
6 * Principes verò Sacerdotum tulerunt illud argentum, & aiunt: Non licet mittere ipsum in domum oblationis, quoniam pretium sanguinis est.
7 * Et consilium inierunt, emeruntque ex eo agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.

66 * Quid vobis videtur? At illi respon-
Is. 50. b.c. Mar. 14. b.65 dentes dixerunt, Reus est mortis.
67 * Tunc expuerunt in faciem eius; & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt:
68 * Dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?
Luc.22. f.15 Ioh.18. d.25 * Petrus verò sedebat foris in atrio: & 69 accessit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras.
70 * At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis.
71 * Exeunte autem illo ianuam, vidit eũ alia ancilla: & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno.
72 * Et iterùm negauit cum iuramento, Quia non noui hominem.
73 * Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.
74 * Tunc cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem. Et cõtinuò gallus cantauit.
75 * Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

CAP. XXVII.

1 MAnè autem facto consilium inierũt omnes principes Sacerdotum & se-
Mat.27. b.c. Mar.15. b.c. Luc.22. c.66. Ioh.18. c.28 niores populi aduersus Iesum, vt eum
2 morti traderent. * Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.
3 * Tunc videns Iudas qui eum tradidit quòd damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & Senioribus:
4 * Dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.
Act.1.c.18 5 * Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit.
6 * Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam; quia pretium sanguinis est. 7 * Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.

κζ.

1 * Πρωΐας δὲ γενομένης, συμβούλιον ἔλαβον πάντες ⓘ ἀρχιερεῖς καὶ ⓘ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ κατὰ τοῦ Ἰησοῦ, ὥστε αὐτὸν θανατῶσαι.
2 * καὶ δήσαντες αὐτὸν, ἀπήγαγον, καὶ παρέδωκαν αὐτὸν Ποντίῳ Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι.
3 * τότε ἰδὼν Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν, ὅτι κατεκρίθη, μεταμεληθεὶς ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς πρεσβυτέροις,
4 * λέγων, ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον. ⓘ δὲ εἶπον, τί πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει.
5 * καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε, καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο.
6 * ⓘ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια εἶπον, οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν· ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι.
7 * συμβούλιον δὲ λαβόντες, ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις.

וְכַד אִתְקְרִיבוּ לְאַתְרָא דְּאִתְקְרֵי גֻּלְגַּלְתָּא תְּלַת זַבְנִין חַכִּימִין דִּי נְקוֹדִים קְרָא חַרְנְגְלָא
75 * וְאִתְחַכַּר בְּאַפָּא סְלְהָה וְיֵשׁוּעַ דַּאֲמַר הֲוָא לֵהּ וְקוֹדֵם דִּי נְקוֹדִים קְרָא חַרְנְגְלָא תְּלַת זַבְנִין חַכִּימִין דִּי נְקוֹדִים לְבַר מִנָּא
כז
ד דְּרִירְאִיתְ׃ 2 כַּד דִּין הֲוָא צָפְרָא סְלְטָא נִסְבוּ עַל יֵשׁוּעַ רַבִּי כַּהֲנַיָּא וְקַשִּׁישֵׁי דְּעַמָּא אִיךְ 3 וְכַמְיהוּדָיֵהּ׃ הֵידִין יְהוּדָא מַשְׁלְמָנָא כַּד חֲזָא 4 דְּאִתְחַיַּב יֵשׁוּעַ אִתְחָיַב וְאָזַל אִתְפַּךְ תַּלִּין לְכַהֲנַיָּא וְקַשִּׁישֵׁי דְּעַמָּא׃ וְאָמַר חֲטֵיתִי דְּשַׁלְמִתְ דָּמָא זַכְיָא וַאֲמַרוּ לֵהּ לַן מָא נְפָשָׁה׃ 5 וְשַׁדִּיתִי כְּסָפָא בְּהֵיכְלָא וְשַׁנִי וְאָזַל קָנַק נַפְשֵׁהּ׃ 6 רַבִּי כַּהֲנַיָּא דִּין שְׁקִלוּהִי לְכְסָפָא וַאֲמַרוּ לָא שְׁלִיט לְמִשְׁדְּיֵהּ בְּקָרְבָּנָא דְּאִנּוּן דְּמָא הוּ׃ 7 וְנַסְבוּ כְּלָבָא דִּין וְזַבְנוּ בֵּהּ אֲגַרְהָה דְּפַחְרָא לְבֵית קְבוּרְיָא דַּאכְסְנָיֵא׃

---

* וְכַד כמו וכר
* מְלַל קרא מרר
* מְרַר מות אמר
* יְבַל שלם
* מן לשון יין
* חַיִב חטא חפך
* חֲטָא זכא
* רְמָיָא מן לשון יין
* פרושו שדה

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 * Propterea dictus est ager ille, Ager sanguinis, ad hunc vsque diem.

9 * Tunc impletum est quod dictum fuerat per Prophetam, dicentem: Et accepi triginta argenteos pretium illius honorandi, de quo pacti sunt à filiis Israel.

10 * Et dedi eos pro agro figuli, vti præceperat mihi Dominus.

11 * Ipse verò Ieschua stetit coram Præfecto: & interrogauit eum Præfectus, & dixit ei: Es tu rex ille Iehoudæorum? ait illi Ieschua, Tu dixisti.

12 * Quumque accusarent eum principes Sacerdotum & Seniores, ne verbum quidem ipse respondit.

13 * Tunc dixit Pilatus: Non audis quàm multa testificentur contra te?

14 * Neque reddidit ei rationem, ne verbum quidem vllum. & hac de re admirationi fuit valdè.

15 * Porrò in omni Festo consueuerat Præfectus dimittere vinctũ vnum populo, quem ipsi voluissent.

16 * Detinebatur autem ab eis vinctus famosus, qui vocabatur Bar-Abba.

17 * Quumque fuissent congregati, dixit eis Pilatus: Vtrum vultis dimittã vobis? Bar-Abba, an Ieschua qui vocatur Meschicho?

18 * Nouerat enim Pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum.

19 * Quum autem sederet Præfectus pro tribunali suo, misit ad eum vxor ipsius, qui dicebat ei, Nihil tibi rei sit cum illo iusto. multa enim passa sum in somno meo hodie propter eum.

20 * Principes autem Sacerdotum & Seniores persuaserunt turbis, dimittendum illis esse Bar-Abba, Ieschua verò perdendum.

21 * Subdensque Præfectus, ait illis, Vtrum vultis dimittam vobis è duobus illis? Ipsi verò dixerunt, Bar-Abba.

22 * Dixit eis Pilatus: Ipsi verò Ieschua, qui vocatur Meschicho, quid faciam?

23 * Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis Pilatus: Enimuerò quid mali fecit? Illi verò magis clamabant, & dicebant, Crucifigatur.

8 * Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsq; in hodiernum diem.

9 * Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretiũ appretiati quem appretiauerunt à filiis Israel:

10 * Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

11 * Iesus autem stetit ante Præsidem, & interrogauit eum Præses, dicens: Tu es Rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis.

12 * Et cùm accusaretur à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit. 13 * Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?

14 * Et non respondit ei ad vllum verbũ: ita vt miraretur Præses vehementer.

15 * Per diem autem solennem consueuerat Præses populo dimittere vnũ vinctum quem voluissent.

16 * Habebãt autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

17 * Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus?

18 * Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.

19 * Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum ho C die per visum propter eum.

20 * Principes autem Sacerdotum & Seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent.

21 * Respondens autem Præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam.

22 * Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur.

23 * Ait illis Præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.

8 * διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος, ἀγρὸς αἵματος, ἕως τῆς σήμερον.

9 * τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν διὰ ἱερεμίου τοῦ προφήτου, λέγοντος, καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ισραήλ·

10 * καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι κύριος.

11 * ὁ δὲ ἰησοῦς ἔστη ἔμπροσθεν τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν ὁ ἡγεμών, λέγων, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων; ὁ δὲ ἰησοῦς ἔφη αὐτῷ, σὺ λέγεις.

12 * καὶ ἐν τῇ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο.

13 * τότε λέγει αὐτῷ ὁ πιλάτος, οὐκ ἀκούεις πόσα σου καταμαρτυροῦσι;

14 * καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ῥῆμα, ὥστε θαυμάζειν τὸν ἡγεμόνα λίαν.

15 * κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν τῷ ὄχλῳ ἕνα δέσμιον, ὃν ἤθελον.

16 * εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον βαραββᾶν.

17 * συνηγμένων οὖν αὐτῶν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ πιλάτος, τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν, βαραββᾶν, ἢ ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν;

18 * ἤδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν.

19 * καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα, μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ· πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτόν.

20 * οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν βαραββᾶν, τὸν δὲ ἰησοῦν ἀπολέσωσιν.

21 * ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἡγεμών, εἶπεν αὐτοῖς, τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; οἱ δὲ εἶπον, βαραββᾶν.

22 * λέγει αὐτοῖς ὁ πιλάτος, τί οὖν ποιήσω ἰησοῦν τὸν λεγόμενον χριστόν; λέγουσιν αὐτῷ πάντες, σταυρωθήτω.

23 * ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον, λέγοντες, σταυρωθήτω.

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 * Pilatus autem quum videret se nihil proficere, sed magis tumultum fieri; accipiens aquam abluit manus suas in conspectu turbæ, & ait: Innoxius sum à sanguine istius iusti: 25 vos noueritis. * Et respondit omnis populus, & ait: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Lectio ad tertiam horam.

26 * Tunc soluit eis Barabba, ac flagellis edidit Jeschua, eumq; tradidit vt crucifigeretur.
27 * Tunc milites Præfecti duxerunt Jeschuam in prætorium, & congregarunt aduersus eum
28 vniuersam cohortem. * Et exuerunt eum, ac
29 induerunt eum chlamyde coccinea. * Et cõtexuerunt coronam spineam, & imposuêre capiti eius, & arundinem in dexteram eius: et genuflectentes sese super genua sua coram eo, illudebant ei, dicentes: Pax, rex Iudæorũ.
30 * Et expuerunt in faciem eius, ceperuntque arundinem, ac percutiebant eum super caput
31 ipsius. * Quumque illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, indueruntque vestimentis suis, &
32 abduxerunt eum vt crucifigeretur. * Et quũ exissent, inuenerunt virum Kourinæum nomine Schemeoun: hunc angariarunt vt baiu-
33 laret crucem eius. * Venerũntque in locum qui vocatur Gogoultho, cuius interpretatio
34 est Cranium. * Et dederunt ei acetum bibendum mistum cum felle. & gustauit, noluitque bibere.
35 * Quumque crucifixissent eum, partiti sunt vestimenta eius sorte; vt impleretur id quod dictum est per Prophetam: Partiti sunt vestimenta mea inter se, & su-
36 per vestem meam iecerunt sortem. * Et sedebant ac custodiebant eum illic.
37 * Et imposuerunt super caput eius occasionem mortis eius in scriptura: HIC EST IESCHVA REX ILLE IIHOVDAEORVM.

Ad sextam horam.

38 * Porrò crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextera eius, & alter à sinistra eius.
39 * Illi autem qui transibant blasphemabant aduersus eum, & mouebant capita sua, dicentes:
40 * Destructor tẽpli, & ædificans ipsum triduo, libera animam tuam [teipsum]: si filius Dei es, & descende de cruce.
41 * Itidem et principes Sacerdotum illudebant ei cum Scribis, & Senioribus ac Perischeis, & dicebant:

24 * Videns autẽ Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, acceptа aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. * Et respondens 25 vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

26 * Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. 27 ‡ Tunc milites Præsidis
Mar. 15. Luc. 23. Ioh. 19. a. suscipientes Iesum in Prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: 28 * Et exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei: 29 * Et plectentes coronam de spinis, posuerũt super caput eius, & arundinem in dextera eius. & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum.
30 * Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.
31 * Et postquàm illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifi-
Mar. 15. Luc. 23. Ioh. 19. a. gerẽt. 32 * Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem:
Mar. 15. Luc. 23. hunc angariauerunt vt tolleret crucem
Mar. 15. Luc. 23. eius. 33 * Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.
34 * Et dederunt ei vinum bibere cum
Mar. 15. felle mixtum. & cùm gustasset, noluit bi-
Luc. 23. bere. 35 * Postquàm autem crucifixe-
Ioh. 19. runt eum, diuiserunt vestimẽta eius, sor-
Psal. 21. tem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem: Di-
Ioh. 19. uiserunt sibi vestimenta mea, & super
Ioh. 19. a. vestem meã miserunt sortem. 36 * Et sedentes seruabant eum. 37 * Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptã: HIC EST IESVS REX IVDAEORVM.

38 * Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris.
39 * Prætereuntes autem blasphemabant
Ioh. 2. d. 19 eum mouentes capita sua: 40 * Et dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si Filius Dei es, descende de cruce. 41 * Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis & Senioribus, dicebant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

42 * Alios seruauit, seipsum non potest seruare: si rex est Israel, descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus in eum.

43 * Confidit in Deo, redimat eum nunc, si vult eum. dixit enim: Filius Dei sum.

44 * Itidem & sicarij illi, qui erant crucifixi cum eo, exprobrabant ei.

Ad nonam horam.

45 * A sexta autem hora factæ sunt tenebræ super vniuersam terram vsque ad horam
46 nonam. * Et circiter horam nonam exclamauit Jeschua alta voce, & ait: Deus, Deus, quare dereliquisti me?

47 * Homines autem ex iis qui adstabant illic quum audissent, dicebant: Iste Ilio vocauit.

48 * Et in illa ipsa hora excurrit vnus ex eis, & accepit spongiam, eamque impleuit aceto, & circumposuit arundini, & propinauit ei.

49 * Reliqui verò dicebant: Sinite, videamus an veniat Ilijo vt redimat eum.

50 * Ipse verò Ieschua rursum exclamauit alta voce, & emisit spiritum suum.

51 * Et statim superficies ianuæ [velum] templi scissa est in duas partes à summo vsque ad imum, terraque commota est, et petræ scissæ.

52 * Et monumenta aperta sunt, & cadauera multa Sanctorum qui obdormierant,
53 surrexerunt. * Et exierunt, ac post resurrectionem suam ingressi sunt ciuitatem sanctam, & apparuerunt multis.

54 * Centurio autem, & qui cum eo seruabant Ieschua, quum vidissent terræmotum, & ea quæ facta fuerant, timuerunt vehementer, & dixerüt: Verè iste erat filius Dei.

55 * Erant autem illic mulieres multæ prospicientes eminus: illæ venerant post Jeschua à Galilea, & ministrauerant ei.

56 * Quarum vna erat Mariam Magdelotho, & Mariam mater Iaakoub & Iausi, & mater filiorum Zabdai.

Ad vesperam Sabbathi Annunciationis.

57 * Quum autem esset vespera, venit vir diues à Rometho nomine Iauseph, qui & ipse discipulus fuerat Jeschua.

42 * Alios saluos fecit, seipsum non po-
Sap. 2. d. 18 test saluum facere: si rex Israel est, descen
dat nunc de cruce, & credemus ei.
Psal. 21. b. 9 * Confidit in Deo: liberet nunc eum 43
si vult: dixit enim, Quia Filius Dei sum.
* Idipsum autem & latrones qui cru- 44
cifixi erant cum eo, improperabant ei.

* A sexta autem hora tenebræ factæ 45
sunt super vniuersam terram, vsque ad
horam nonam.
Psal. 21. a. 1 * Et circa horam nonam clamauit Ie- 46
sus voce magna, dicens, Eli, Eli, lamma-
sabacthani? hoc est, Deus meus, Deus
meus, vt quid dereliquisti me?
* Quidam autem illic stantes & au- 47
dientes, dicebant, Eliam vocat iste.
Psal. 68. a. 22 * Et continuò currens vnus ex eis, ac- 48
ceptam spongiam impleuit aceto, & im
posuit arundini, & dabat ei bibere.
* Cæteri verò dicebant: Sine, videa- 49
mus an veniat Elias liberans eum.
* Iesus autem iterum clamans voce 50
magna, emisit spiritum.
3. Reg. 7. d. 14 * Et ecce velum templi scissum est in 51
duas partes, à summo vsque deorsum. & terra mota est, & petræ scissæ sunt:
* Et monumenta aperta sunt: & mul- 52
ta corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt.
* Et exeuntes de monumentis post 53
resurrectionẽ eius, venerunt in sanctam ciuitatem; & apparuerunt multis.
* Centurio autem & qui cum eo e- 54
rant custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes: Verè filius Dei erat iste.
Mar. 15. d. 40 * Erant autem ibi mulieres multæ à 55
longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilea, ministrantes ei:
* Inter quas erat Maria Magdalene, & 56
Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Mar. 15. d. 42. Luc. 23. d. 54. Ioh. 19. d. 31 * Cùm autem serò factum esset, ve- 57
nit quidam homo diues ab Arimathæa, G
nomine Ioseph, qui & ipse erat discipulus Iesu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

58 * Is adiit Pilatum, petiitque corpus Ieschua. & præcepit Pilatus vt daretur ei corpus illud. * Et accepit Iauseph corpus, & inuoluit illud linteo lini mundi.

59 * Illudque posuit in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluerunt saxum ingens, ac posuerunt super ostium monumenti, & abierunt.

60 * Erant autem illic Mariam Magdeloitho & Mariam altera, quæ sedebant è regione sepulchri.

Matutinis Sabbathi Annuntiationis.

61 * Die verò crastina quæ est post Parasceuem, congregati sunt principes Sacerdotum, & Perischæi ad Pilatum:

62 * Et dicunt ei: Domine noster, meminimus seductorem illum dixisse dum viueret, Tertio pòst die resurgam.

63 * Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in tertium diem, ne fortè veniant discipuli eius & furentur eum noctu: dicantque populo, De domo mortuorum surrexit: & sit error nouissimus peior priore.

64 * Dixit eis Pilatus: Habetis custodes: ite, custodite sicut scitis.

65 * Illi autem profecti custodierunt sepulchrum, & obsignarunt saxum illud cum custodibus.

Ad vesperam Dominicæ Resurrectionis.

CAP. XXVIII.

1 VEsperè autem in Sabbatho, quum exoritura esset prima hebdomadis [Dominica,] venit Mariam Magdeloitho & Mariam altera, vt spectarent sepulchrum.

2 * Et ecce terremotus magnus factus est: Angelus enim Domini descendit de cælis, & accedens reuoluit saxum ab ostio, sedebatque super illud. * Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius candidum sicut nix. * Et præ timore ipsius contremuerunt ij qui custodiebant, & facti sunt instar mortuorum. * Respondit autem Angelus, & ait mulieribus, Vos ne timeatis. scio enim Ieschua, qui crucifixus est, vos quærere. * Non est hîc: surrexit enim prout dixit. venite, videte locum in quo positus fuerat Dominus noster.

58 * Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

59 * Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda.

60 * Et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.

61 * Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

62 * Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum,

63 * Dicentes, Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuēs, Post tres dies resurgam.

64 * Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne fortè veniant discipuli eius, & furētur eum: & dicant plebi, Surrexit à mortuis: & erit nouissimus error peior priore.

65 * Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. ite, custodite sicut scitis.

66 * Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signantes lapidem, cum custodibus.

CAP. XXVIII.

Matt. 16. Marc. 16. Luc. 24. Ioan. 20.

1 * VEsperè autem Sabbathi quæ lucescit in prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrū.

2 * Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens, reuoluit lapidem, & sedebat super eum:

3 * Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix.

4 * Præ timore autē eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.

5 * Respondens autem angelus, dixit mulieribus, Nolite timere vos: scio enim quòd Iesum, qui crucifixus est, quæritis.

6 * Non est hîc: surrexit enim, sicut dixit. venite, & videte locum vbi positus erat Dominus.

58 * Οὗτος προσελθὼν τῷ πιλάτῳ, ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. τότε ὁ πιλάτος ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα.

59 * καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ ἰωσὴφ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ.

60 * καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ· καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν.

61 * ἦν δὲ ἐκεῖ μαρία ἡ μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη μαρία, καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου.

62 * Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευήν, συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς πιλάτον,

63 * λέγοντες, κύριε, ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.

64 * κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας, μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.

65 * ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ πιλάτος, ἔχετε κουστωδίαν· ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε.

66 * οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον, σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας.

κή.

1 * Ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε μαρία ἡ μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη μαρία, θεωρῆσαι τὸν τάφον.

2 * Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας. ἄγγελος γὰρ κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, προσελθὼν ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ.

3 * ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών.

4 * ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί.

5 * ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξί, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· οἶδα γὰρ ὅτι ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε.

6 * οὐκ ἔστιν ὧδε. ἠγέρθη γὰρ, καθὼς εἶπε. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ κύριος.

---

58 אדין אזל לות פילטוס ושאל פגרה דישוע ופקד פילטוס דניהיב לה פגרא : 59 וכרכה כתיצא דנקנא : 60 וסמה בבית קבורא חדתא דילה דנקיר בכפא רמתא עלגלי כאפא דמתיו על תרעא דבית קבורא ואזלו : 61 איתי תמן מרים מגדליתא ומרים אחרתא דיתבן לקבלה דקבורא : 62 ליומא דין דמחר דאיהותי בתר יומא דמכנשו רבי כהנא ופרישא לות פילטוס : 63 ואמרין לה מרן אדכרן דהו מטעיא כד אמר חיא כבר חי ומיתין קאם אנא : 64 פקוד הכיל מסתרין דקבורא עדמא לתלתא יומין דלמא ייתון תלמידותי כנגבוניתי בלילא ואגברון לעמא דמן בית מיתא קום והויא טועת אחריתא : 65 אמר להון פילטוס איתי לכון קסטודנרא זלו אזדהרו איכנא דידעין אנתון : 66 אזלן

58 ἀδὴν προσελθὼν πιλάτῳ καὶ ἐκήδευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ : 59 καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ : 60 καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ μνημείῳ αὐτοῦ ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου ἀπῆλθεν : 61 ἦν δὲ ἐκεῖ μαρία ἡ μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη μαρία καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου : 62 τῇ δὲ ἐπαύριον ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς πιλάτον 63 λέγοντες κύριε ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι : 64 κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς κλέψωσιν αὐτὸν καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης : 65 ἔφη δὲ αὐτοῖς ὁ πιλάτος ἔχετε κουστωδίαν ὑπάγετε ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε : 66 οἱ δὲ πορευθέντες ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον σφραγίσαντες τὸν λίθον μετὰ τῆς κουστωδίας :

---

[a] אזל [b] חתם [c] אתא [d] חזא [e] זוע [f] זיהל [g] זוע [h] זקף [i] מות [j] קום [k] אתא [l] חזא [m] טוס [n] נפק [o] אתא [p] חזא [q] מות [r] קום [s] אתא [t] חזא [u] מות [v] עלה כמו מעא [w] אתא [x] חזא [y] טוס [z] נפק [aa] עגל כמו גגל [bb] רמא [cc] יהב [dd] ערב

בישא מן קדמיתא : 65 אמר להון פילטוס איתי לכון קסטודנרא זלו אזדהרו איכנא דידעין אנתון : 66 אזלן ואטמרון ית אבנא בחתמא עם קסטודנרא :

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 ✠ Et profectæ citò dicite discipulis ipsius
Surrexit è domo mortuorum, & ecce præ-
cedit vos in Galilæam : illic videbitis eum:
ecce dixi vobis.
8 ✠ Et abiêre citò à sepulchro cum timore et
gaudio magno, & cursu contenderunt vt
dicerent discipulis ipsius.
9 ✠ Et ecce Jeschua fit eis obuiam, dixitque
eis, Pax vobis. Illæ autem accedentes pre-
henderunt pedes eius, & adorarunt eum.
10 ✠ Tunc dixit eis Jeschua: Ne timeatis: sed
abeuntes dicite fratribus meis, vt proficiscan
tur in Galilæam, & illic videbunt me.
11 ✠ Quum autem profectæ fuissent, venerunt homines ex custodibus illis in ciuitatem, & dixerunt principibus Sacerdotum quicquid factum fuerat.
12 ✠ Et congregati sunt cum Senioribus, & consilium inierunt, dederuntque pecuniam non modicam custodibus, dicentes eis:
13 ✠ Dicite, discipuli eius venientes furati sunt eum nocte quum dormiremus.
14 ✠ Quod si auditum hoc fuerit coram Præfecto, nos persuadebimus ei, vosque sollicitudine liberabimus.
15 ✠ Illi autem cùm accepissent pecuniam, egerunt sicut edocti fuerant. & exiit sermo iste inter Jhoudæos vsque in hodiernũ diem.
16 ✠ Discipuli autem vndecim profecti sunt in Galilæam in montem, prout constituerat eis Ieschua.
17 ✠ Et quum eum aspexissent, adorarunt eum: ex iis porrò nonnulli dubitabant.
18 ✠ Et accedens Ieschua allocutus est eos, & dixit eis: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. sicut autem misit me Pater meus, & ego mitto vos.
19 ✠ Ite ergo docete omnes gentes, & baptizate eas in nomine Patris, & Filij, et Spiritus Sanctitatis. ✠ Et docete eas vt seruent quicquid præcepi vobis. & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Amin.

Sancti Euangelij præconij Mathai, quod prædicauit Hebraicè in terra Palesthinæ,

FINIS.

7 ✠ Et citò euntes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam. ibi eum videbitis. ecce prædixi vobis.
8 ✠ Et exierunt citò de monumento cum timore, & gaudio magno, currẽtes nunciare discipulis eius.
9 ✠ Et ecce Iesus occurrit illis, dicẽs: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerũt pedes eius, & adorauerunt eum.
10 ✠ Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. ite, nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.
11 ✠ Quæ cùm abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatẽ, & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant.
12 ✠ Et congregati cũ senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,
13 ✠ Dicẽtes: Dicite, Quia discipuli eius nocte venerũt, & furati sunt eum nobis dormientibus.
14 ✠ Et si hoc auditũ fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.
15 ✠ At illi accepta pecunia, fecerũt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsq; in hodiernũ diẽ.
16 ✠ Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem, vbi cõstituerat illis Iesus.
17 ✠ Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. D
18 ✠ Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.
19 ✠ Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti:
20 ✠ Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis, & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

7 ✠ καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν.
8 ✠ καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου & χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ.
9 ✠ καὶ ἰδοὺ ὁ ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς, λέγων, χαίρετε. αἱ δὲ προσελθοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ.
10 ✠ τότε λέγει αὐταῖς ὁ ἰησοῦς, μὴ φοβεῖσθε. ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.
11 ✠ πορευομένων δὲ αὐτῶν, ἰδού τινες τῆς κουστωδίας ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀπήγγειλαν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἅπαντα τὰ γενόμενα.
12 ✠ καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες, ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν τοῖς στρατιώταις,
13 ✠ λέγοντες, εἴπατε, ὅτι ⊕ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς ἐλθόντες, ἔκλεψαν αὐτὸν ἡμῶν κοιμωμένων.
14 ✠ καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν, καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν.
15 ✠ ⊕ οἱ λαβόντες τὰ ἀργύρια, ἐποίησαν ὡς ἐδιδάχθησαν. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ ἰουδαίοις, μέχρι τῆς σήμερον.
16 ✠ ⊕ οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν γαλιλαίαν, εἰς τὸ ὄρος οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς.
17 ✠ ⊕ ἰδόντες αὐτὸν, προσεκύνησαν αὐτῷ· ⊕ δὲ ἐδίσασαν.
18 ✠ καὶ προσελθὼν ὁ ἰησοῦς ἐλάλησεν αὐτοῖς λέγων, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς.
19 ✠ πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος,
20 ✠ διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. ἀμήν.

---

15 וְהַכְנִין דִּין כַּד נְסִבוּ כַסְפָּא עֲבָדוּ אֵיךְ דְּאִלְּפוּ אִנּוּן וְנָפְקַת a סְלְהָא הָדָא בְּיַת יְהוּדָיֵא עַד־כְּעַן לְיוֹמָנָא׃
16 וְאַלְפוּ אִנּוּן דְּנָטְרִין כָּל מָא דְּפַקְּדִנּוּן וְאָזְלוּ אִנּוּן עַשְׂרֵי וְחַד לְגַלִּילָא לְטוּרָא אֵיכְדָא דְּזַמַּן יְשׁוּעַ׃
17 וְכַד b חֲזוֹהִי קְנָרוּ לֵהּ סְגִידוּ אֲבָל אִנּוּן שַׁכִּין׃
18 וְקְרֵב יְשׁוּעַ סַלֵּל עִמְּהוֹן וְאֲמַר לְהוֹן c אִתְיְהֵב לִי כָּל שׁוּלְטַן בְּשְׁמַיָּא וּבְאַרְעָא וְאִכְּנָא דְּשַׁרְרָנִי׃
19 אֲזֵל אַף אִנּוּן תַּלְמְדוּ כָּל עַמְמַיָּא וְתַעְמְדוּנּוּן בְּשֵׁם אָבָא וּבְרָא וְרוּחָא דְּקוּדְשָׁא׃
20 וְאַלְפוּ אִנּוּן דְּנָטְרִין כָּל מָא דְּפַקְּדְתְּכוֹן וְהָא אֲנָא עִמְּכוֹן אֲנָא כָּלְהוֹן יוֹמָתָא עַד־סָפָא d לְשׁוּלְטַן דְּעָלְמָא אָמֵן׃

a אַלָּף b חֲזַל c תְּלִיא d חֲתִים

שְׁלֵם אֲוֶנְגֶּלְיוֹן קַדִּישָׁא כְּרִיזוּתָא דְּמָרַן דְּאִכְרָז עֲבְרָאִית בְּאַרְעָא דְּפַלֶסְטִינִי׃

Τέλος τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

MARCVS Euangeliſta Dei electus,& Petri in Baptiſmate filius, atque in diuino ſermone diſcipulus, Sacerdotium in Iſrael agens,ſecundùm carnem Leuita,ad fidem Chriſti conuerſus,Euangelium in Italia ſcripſit; oſtendens in eo quid & generi ſuo deberet, & Chriſto. Nam initium principij in voce Propheticæ exclamationis inſtituens ordinem Leuiticæ electionis oſtendit, vt prædicans prædeſtinatum Iohannem filium Zachariæ in voce angeli annunciantis emiſſum, non ſolùm verbum carnem factum, ſed & corpus Domini in omnia per verbum diuinæ vocis animatum, in initio Euangelicæ prædicationis oſtenderet: vt qui hæc legens ſciret cui initium carnis in

IN VIRTVTE DOMINI DEIQVE NOSTRI IESCHVA CHRISTI incipimus ſcribere librum Euangelij ſacroſancti.

Euangelium Marci Euangeliſtæ.

Guidone Fabricio Boderiano exſcriptore et interprete.

Lectio Feſti Epiphaniæ.

CAPVT I.

PRincipium Euangelij Ieſchua Meſchichcho filij Dei: ‡Sicut ſcriptum eſt in Eſchaio propheta, Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui diriget viã tuam. ‡ Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini,& adæquate ſemitas eius. ‡ Erat Iouchanon in deſerto baptizans, & prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. ‡ Et exibat ad eum vniuerſa regio Iihoudææ, omneſque filij Ouriſchlem: & baptizabat eos in Iourdenon flumine, cùm eſſent confeſſi peccata ſua. ‡ Ipſe autem Iouchanon amiciebatur veſtimento ex pilis camelorum, & erat præcinctus lumbos corrigia pellicea. cibus eius erant locuſtæ, & mel agreſte. Et prædicabat ac dicebat: ‡Ecce venit poſt me qui fortior me eſt, cuius non ſum dignus qui incuruatus ſoluam corrigias calciamentorum. ‡ Ego baptizo vos aqua, ille verò baptizabit vos in Spiritu Sanctitatis.

Domino & Ieſu aduenientis habitaculum caro deberet agnoſcere, atque in ſe verbum vocis, quod in conſonantibus perdiderat, inueniret. Denique cùm perfecti Euangelij opus intrans, & à Baptiſmo Domini prædicare Deum inchoans, non laborauit natiuitatem carnis, quã in prioribus viderat dicere; ſed totius exprimens expoſitionem deſerti, ieiunij numerum, tentationem diaboli, congregationem beſtiarum, & miniſterium protulit angelorum: & inſtituens nos ad intelligendum,ſingula in breui compingens, ne auctoritatem factæ rei demeret, & perficiendi operis plenitudinem non negaret. Denique amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dicitur vt Sacerdotio reprobus haberetur: ſed tantum conſentiens fidei prædeſtinata potuit electio vt nec ſic in opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. nam Alexandriæ Epiſcopus fuit. cuius per ſingula opus fuit ſcire & Euangelij in ſe dicta diſponere, & diſciplinam Legis in ſe agnoſcere, & diuinam in carne Domini intelligere naturam. Quæ in nos primùm requiri oportet, dehinc inquiſita volumus agnoſci habentes mercedem exhortationis. quoniam qui plantat & qui rigat, vnum ſunt; qui autem incrementum præſtat, Deus eſt.

SANCTVM EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT I.

INitium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei. ‡Sicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. ‡Vox clamantis in deſerto, Parate viã Domini, rectas facite ſemitas eius. ‡Fuit Iohannes in deſerto baptizans, & prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. ‡ Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymitæ vniuerſi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata ſua. ‡ Et erat Iohãnes veſtitus pilis camelí,& zona pellicea circa lumbos eius: & locuſtas & mel ſylueſtre edebat. ‡Et prædicabat,dicẽs: Venit fortior me poſt me, cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius. ‡ Ego baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu ſancto.

TO KATA MAPKON ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

κεφαλ. ά.

Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ χριστοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ‡ ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

‡ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ.

‡ ἐγένετο ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

‡ καὶ ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ ἰουδαία χώρα, καὶ οἱ ἱεροσολυμῖται, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ ἰορδάνῃ ποταμῷ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

‡ καὶ ἦν ὁ ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐσθίων ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον.

‡ καὶ ἐκήρυσσε λέγων, ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου ὀπίσω μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ.

‡ ἐγὼ μὲν ἐβάπτισα ὑμᾶς ἐν ὕδατι· αὐτὸς δὲ βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

עַמַּר מיהושו מכל
כְּרוֹ ' תֵּב כמו שיתּ
שְׁבַק ' יְהָא ' לְכֵּש
אֲכַל ' אִתָּא ' חֵיל
שְׁוָיָא ' נְחַן
מיהושו נרע ' קְרָא ' עַרְקָא דְּסַקְנוּתִי

‡ הָוָא יוֹחָנָן כְּמַדְבְּרָא ' מַעְמֵד ' וּמְכָרֵז מַטְמוּדִיתָא ' דְּתִיבוּתָא ' לִשְׁוּבְקָנָא דְּחַטָּתָא ׃
‡ וְנָפְקָא הֲוָת לְוָתֵהּ כָּלָּה כּוֹר דִּיהוּד וְכָלְהוֹן בְּנֵי אוּרְשְׁלֵם וְמִתְעַמְּדִין הֲוָא לְהוֹן כְּיַרְדְּנָן נַהֲרָא כַּד ' מְוַדְּיִן כְּחַטָּתֵיהוֹן ׃
‡ הוּדֵין יוֹחָנָן ' לְבִישׁ הֲוָא לִבְוּשֵׁהּ דְּסַעֲרָא וְאִסְכַּלְתָּא דְּמַשְׁכָּא ' וּמֵאכְלֵהּ אִיתֵיהּ חֲוָת ׃
‡ וְקָרֵז ' וְאָמַר ' אָתֵא ' בָּתַר דִּלְוָתִי ' דְּחַיָּלְתָּן מִנִּי הוּ דְּלָא ' שְׁוָא אֲנָא ' לְאִתְכַּנָּנָא ' אֲשְׁרָא
עַרְקָא דְּסַקְנוּתִי ׃ ‡ אֲנָא אַטְמְדִיכוֹן בְּמַיָּא הוּ דֵּין נְעַמְּדִכוֹן בְּרוּחָא דְקוּדְשָׁא ׃

עַל הַיְלָה דְּבַרְן וְאַלֵּהֵין יְשׁוּעַ מְשִׁיחָא מִשְׁרִינִן לְמִכְתַּב בְּתָבָא ' דְּאוֹנְגֶלְיוֹן קַדִּישָׁא
סְבְרוּהָא דְּסָרְקוֹם סָמְבְּרְנָא
מְרִינָא ' דְּאַזְרָא דְּדְנְחָא
מְפַּלְאוֹן א
קְרִישָׁא דְּאוֹנְגֶלְיוֹן דְּיְשׁוּעַ מְשִׁיחָא בְּרֵהּ דְּאֱלָהָא ׃ ‡ אִיךְ דְּכְתִיב בְּאֶשַׁעְיָא נְבִיָא דְּהָא מְשַׁדַּר אֲנָא מַלְאָכִי
קַדְמָךְ ' דְּיְתַקֵּן אוֹרְחָךְ ׃ ‡ קָלָא ' דְּקָרֵא בְּמַדְבְּרָא סַיְּבוּ אוֹרְחָה דְּמָרְיָא ' וְאַשְׁווּ שְׁבִילוֹהִי ׃
קְרָא ' וְקָרֵא ' מְרִיָא
קְבַר כמו כבר
קְרָא ' וְדַר
קְרָא ' מְרִיָא

Universidad de Deusto
Biblioteca

25 * Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & delitijs, in domibus regum sunt.

26 * Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam prophetam.

27 * Hic est de quo scriptũ est: Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te.

28 * Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Iohanne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.

29 * Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Iohannis.

30 * Pharisæi autem & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

31 * Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt?

32 * Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis.

33 * Venit autem Iohannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet.

34 * Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum.

35 * Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.

36 * Rogabat autem illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit.

37 * Et ecce mulier quæ erat in ciuitate, peccatrix, vt cognouit quòd † accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti.

38 * Et stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

25 * ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν.

26 * ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου.

27 * οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

28 * λέγω γὰρ ὑμῖν, μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

29 * καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν θεὸν, βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου.

30 * οἱ δὲ Φαρισαῖοι καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ.

31 * - εἶπε δὲ ὁ κύριος, τίνι οὖν ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι;

32 * ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, καὶ λέγουσιν, ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.

33 * ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων, καὶ λέγετε, δαιμόνιον ἔχει.

34 * ἐλήλυθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγετε, ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν.

35 * καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων αὐτῆς πάντων.

36 * Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ φαρισαίου, ἀνεκλίθη.

37 * καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλός, ἐπιγνοῦσα ὅτι κατάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου·

38 * καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

39 ‡ Quum autem vidisset Pharisæus qui vocauerat eum, cogitauit apud se, & ait, Iste si esset propheta, nosset quenam & qualis tumor peccatricis huius mulieris quæ tetigit ipsum.

40 ‡ Respondit autem Jeschua, & dixit ei, Schemeoun habeo quiddam quod tibi dicam. Ait ei, dic Rabbi.

41 ‡ Subdit ei Jeschua, Duo debitores erant vni domino debiti [creditori:] vnus debebat quingentos denarios, & alter quinquaginta.

42 ‡ Quumque essent non soluendo, vtrisque remisit debitū. vter igitur eorum magis eum diliget?

43 ‡ Respondit Schemeoun & ait, Puto eum cui multa remissa sunt. Dixit ei Jeschua, Recte iudicasti.

44 ‡ Et conuersus ad mulierem illam, dixit ipsi Schemeoun, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuā ingressus sum, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis suis pedes meos lauit, & capillis suis abstersit eos.

45 ‡ Tu non es osculatus me, hæc autem ex quo ingressa est, non desijt pedes meos deosculari.

46 ‡ Tu oleo caput meum non vnxisti, hæc autem oleo aromatico pedes meos vnxit.

47 ‡ Propterea dico tibi, remissa esse ei scelera eius multa, propterea quòd multum dilexerit: is autem cui paululum remittitur, parum
48 lulum diligit. ‡ Et dixit mulieri illi, Remittuntur tibi scelera tua.

49 ‡ Cœperunt autem hi qui accumbebant apud se dicere, Quis est iste qui etiam scelera
50 remittit? ‡ Jeschua verò dixit ad mulierem, Fides tua te seruauit: ito in pace.

Feria v. Hebdomadis secundæ Ieiunij.

CAP. VIII.

1 ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo,

2 ‡ Necnon mulieres illæ quæ sanatæ fuerant à spiritibus malis, & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdeloutho, de qua septem dæmonia exierant:

39 ‡ Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.

40 ‡ Et respondens Iesus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic.

41 ‡ Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta.

42 ‡ Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit?

43 ‡ Respondens Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Recte iudicasti.

44 ‡ Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit.

45 ‡ Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.

46 ‡ Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

47 ‡ Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

48 ‡ Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata.

49 ‡ Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit?

50 ‡ Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

CAP. VIII.

1 ‡ Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην, κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ,

2 ‡ καὶ γυναῖκές τινες αἱ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει·

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 * Et Iouchan vxor Couza præfecti domui Herodis, & Schouschan, aliæque plurimæ, illæque ministrabant eis ex facultatibus suis.

4 * Quúmque multa turba coacta esset & ex omnibus ciuitatibus conuenirent ad eum, dixit per parabolas.

5 * Exijt seminator ad seminandum semen suum: quúmque seminaret, aliud cecidit iuxta viam, & conculcatum est, ac volucres comederunt illud.

6 * Aliud autem cecidit super petram, & illicò germinauit, & quia non habebat humorem, exaruit.

7 * Aliud autem cecidit inter spinas, & germinarunt cum eo spinæ, ac suffocarunt illud.

8 * Aliud denique cecidit in terram bonam & pulchram, ac germinauit, & edidit fructum vnum in cētum [centuplum.] Hæc quum dixisset clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

9 * Et interrogarunt eum discipuli eius, quæ esset ista parabola.

10 * Ipse verò dixit eis, Vobis etenim datum est nosse arcana regni Dei, cæteris autem illis per parabolas dictum est, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

11 * Est autem hæc parabola: Semen est sermo Dei.

12 * Is autem qui secus viam, sunt qui audiunt sermonem, & veniens immicus tollit sermonem ex cordibus eorum, ne credant, & salui fiant.

13 * Qui autē super petram, ij sunt, qui quum audierint, cum gaudio excipiunt sermonem, & radicem non habent, sed temporaria sunt fides eorum, & tempore tentationis supergunt.

14 * Quod autem inter spinas cecidit, ij sunt qui audiunt sermonem, sed à solicitudine, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum.

15 * Quod autem in terram bonam, ij sunt qui corde humili bonóque audiunt sermonem & amplectuntur, edúntque fructus in patientia.

3 * Et Iohanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

4 * Cùm autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem:

5 * Exijt qui seminat, seminare semen suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud.

6 * Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem.

7 * Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud.

8 * Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum cētuplum. Hæc B dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat.

9 * Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.

10 * Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

11 * Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei.

12 * Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.

13 * Nam qui supra petram: qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. & hi radices non habent: † quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

14 * Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum.

15 * Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

3 * καὶ Ἰωάνα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρῴδου, καὶ Σουσάννα, καὶ ἕτεραι πολλαί, αἵτινες διηκόνουν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

4 * συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτόν, εἶπε διὰ παραβολῆς,

5 * Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ κατεπατήθη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό.

6 * καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ φυὲν ἐξηράνθη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα.

7 * καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτό.

8 * καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. Ταῦτα λέγων ἐφώνει, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.

9 * ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη.

10 * ὁ δὲ εἶπεν, ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ· τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσιν.

11 * ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ.

12 * οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν, εἰσὶν οἱ ἀκούοντες, εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος, καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν.

13 * οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἵτινες ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον, καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἱ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.

14 * τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσόν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι.

15 * τὸ δὲ ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, ἀκούσαντες τὸν λόγον κατέχουσι, καὶ καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõmemoratione Deiparæ Mariam.

16 * Nemo accendit lucernam, & operit eam vase, aut ponit eam subter lectum, sed eam imponit candelabro, vt quicunque ingrediatur, videat lumen eius.

17 * Nihil est enim occultum quod non reuelatur, nec absconditum, quod nõ cognoscatur, & veniat in apertum.

18 * Videte quomodo audiatis. Qui enim habet dabitur ei, & qui non habet, etiam id quod putat habere, tolletur ab eo.

19 * Venerunt autem ad eum mater & fratres eius, nec poterant eum alloqui propter turbam.

20 * Et dicunt ei, Mater tua & fratres tui stant foris, volúntque te videre.

21 * Ipse verò respondit & ait illis, Ii sunt mater mea & fratres mei, qui audiunt sermonem Dei, eumque exequuntur.

Ad vesperam Dominicæ v. Ieiunij.

22 * Porrò factum est quodam die, vt Jeschua conscensa naui sederet in ea, & discipuli eius: & dixit eis, Transeamus in vteriorem ripam maris.

23 * Quumq; nauigarent, somno se dedit ipse Jeschua, & factus est turbo venti in mari, & propè erat nauis vt mergeretur.

24 * Et accedentes excitarunt eum, dicentes ei, Magister noster, Magister noster, perimus. Ipse verò surrexit, et obiurgauit ventos, & fluctuationes aquarum, & quieuerunt, & facta est tranquillitas.

25 * Et dixit eis, Vbi est fides vestra? Illi autem timentes, mirati sunt, & dicebant inter se: Quisnam iste est, vt & ventis imperet, fluctuationibusque, & obediant ei?

26 * Porrò nauigarunt venerúntque in regionem Godaræorum quæ est in vltiore ripa ex aduerso Galilææ.

27 * Quumque exisset in terram, occurrit ei homo quidam ex ciuitate, in quo erat dæmonium à tempore multo, & vestimento non amiciebatur, nec in domo habitabat, sed degebat in monumentis.

28 * Quum autem vidisset Jeschua, exclamauit & procidit coram eo, & alta voce dixit, Quid mihi & tibi Jeschua fili Dei Altissimi? peto à te ne me crucies.

Mat. 5. Mar. 4. Luc. 11. 8 Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.

Mat. 10. Luc. 8. Mar. 4. 9 Non est enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur, & in palàm veniat.

Mat. 13. Luc. 8. Mar. 4. Luc. 19. 10 Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

Mat. 12. Luc. 8. Mar. 3. Luc. 11. 11 Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & non poterant adire eum præ turba.

12 Et nuntiatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre.

13 Qui respondens, dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciunt.

Mat. 8. Luc. 8. Mar. 4. 14 FACTVM est autem in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.

15 Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella venti, in stagnum, & D complebantur, & periclitabantur.

16 Accedentes aũt suscitauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit: & facta est tranquillitas.

17 Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt ad inuicem, dicentes, Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?

Mat. 8. Luc. 8. Mar. 5. Luc. 8. 26 Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.

27 Et cùm egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.

28 Is vt vidit Iesum, procidit ante illũ: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te ne me torqueas.

16 Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, καλύπτει αὐτὸν σκεύει, ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν· ἀλλ' ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν, ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς.

17 οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται, οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνωσθήσεται, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ.

18 βλέπετε οὖν πῶς ἀκούετε. ὃς γὰρ ἐὰν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ· καὶ ὃς ἐὰν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

19 παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.

20 καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες.

21 ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς, μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀκούοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτόν.

22 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς πλοῖον, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης· καὶ ἀνήχθησαν.

23 πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε, καὶ κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην, καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον.

24 προσελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν, λέγοντες, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα. ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ ἐπαύσαντο, καὶ ἐγένετο γαλήνη.

25 εἶπε δὲ αὐτοῖς, ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους, τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;

26 καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας.

27 ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τὴν γῆν, ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως, ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καὶ ἱματίου οὐκ ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμασιν.

28 ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἀνακράξας προσέπεσεν αὐτῷ, καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε, τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; δέομαί σου, μή με βασανίσῃς.

Universidad de Deusto
Biblioteca

29 ‡ Præcipiebat enim Ieschua spiritui immundo vt exiret ab homine: multum enim iam temporis fuerat, ex quo captuum detinebat eum: & vinciebatur catenis, compedibúsque custodiebatur: & fregerat vincula sua, & ducebatur à dæmonio in desertum.

30 ‡ Interrogauit autem eum Ieschua, Quod est nomen tuum? dixit ei, Legio. quandoquidem dæmonia multa ingressa erant in eum.

31 ‡ Et efflagitabãt ab eo, ne præciperet ipsis abire in abyssum.

32 ‡ Erat autem ibi grex porcorum multarum pascens in monte, & efflagitabant ab eo vt permitteret ipsis in porcos ingredi. Et permisit eis.

33 ‡ Et exierunt dæmonia ex homine, & ingressi sunt in porcos: & rectà contendit impetus ille grex ad saxum, & ceciderunt in mare, ac suffocati sunt.

34 ‡ Quum autem vidissent pastores quod factum fuerat, fugerunt, renuntiarúntque in ciuitates, & in pagos.

35 ‡ Et exierunt quidam vt viderent quod factum fuerat, venerúntque ad Ieschua, & inuenerunt hominem illum à quo exierant dæmonia, vestitum, & verecundum, ac sedentem ad pedes ipsius Ieschua: & timuerunt.

36 ‡ Et recitarunt eis illi qui viderant quomodo sanitati restitutus fuerat homo ille dæmoniacus.

37 ‡ Et efflagitabant ab eo vniuersi circa Godareorum vt abscederet à se, quippe quos timor magnus inuaserat: ipse autem Ieschua conscendit nauem, & reuersus est ab ea.

38 ‡ Porrò vir ille à quo exierant dæmonia efflagitabat ab eo, vt cum eo esset, sed dimisit eum Ieschua, & dixit ei:

39 ‡ Reuertere domum tuam, & recita quod fecit tibi Deus. Abijt itaque & prædicabat per totam ciuitatem quod fecerat ei Ieschua.

Matutinis Dominicæ v. Ieiunij.

40 ‡ Quum autem rediisset Ieschua, excepit eum turba multa, omnes enim consperabantur eum.

29 ‡ Præcipiebat enim spiritui immũdo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta.

30 ‡ Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio, quia intrauerunt dæmonia multa in eum.

31 ‡ Et rogauerunt illum ne imperaret illis vt in abyssum irent.

32 ‡ Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabãt eum vt permitteret eis in illos ingredi: Et permisit illis.

33 ‡ Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnũ, & suffocatus est.

34 ‡ Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.

35 ‡ Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedẽtem à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius: & timuerunt.

36 ‡ Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione.

37 ‡ Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis, quia magno timore tenebãtur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est.

38 ‡ Et rogauit illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens:

39 ‡ Redi in domum tuã, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

40 ‡ Factvm est autem: cùm rediisset Iesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum.

29 ‡ παρήγγειλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτὸν, καὶ ἐδέσμεῖτο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαρρήσσων τὰ δεσμὰ, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους.

30 ‡ ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν ὁ ἰησοῦς, λέγων, τί σοί ἐστιν ὄνομα; ὁ δὲ εἶπε, λεγεών· ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν.

31 ‡ καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν.

32 ‡ ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσκομένων ἐν τῷ ὄρει· καὶ παρεκάλεσαν αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν. καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς.

33 ‡ ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, εἰσῆλθον εἰς τοὺς χοίρους· καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἀπεπνίγη.

34 ‡ ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγονὸς, ἔφυγον. καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς.

35 ‡ ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γεγονὸς, καὶ ἦλθον πρὸς τὸν ἰησοῦν· καὶ εὗρον καθήμενον τὸν ἄνθρωπον ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα, παρὰ τοὺς πόδας τοῦ ἰησοῦ· καὶ ἐφοβήθησαν.

36 ‡ ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς.

37 ‡ καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος τῆ περιχώρου τῶν γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν· ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο. αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον ὑπέστρεψεν.

38 ‡ ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ, ἀφ' οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, εἶναι σὺν αὐτῷ· ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ ἰησοῦς λέγων,

39 ‡ ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ θεός. καὶ ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ ἰησοῦς.

40 ‡ Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν ἰησοῦν, ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

41 ¶ Ac vir quidam nomine Iuoroſch princeps ſynagogæ, procidit ante pedes ipſius Ieſchua, & poſtulabat ab eo, vt ingrederetur ædes ipſius.

42 ¶ Erat enim ei vnica filia circiter annos duodecim nata, ac prope erat vt moreretur. Quum autem abiret cum eo ipſe Ieſchua, turba multa comprimebat eum.

43 ¶ Quædam verò mulier cuius eruperat ſanguis ab annis duodecim, quæ quidem in medicos totam ſubſtantiam ſuam impenderat, nec poterat à quoquam curari:

44 ¶ Accеſſit à tergo ipſius, tetigitque oram veſtimenti eius, & ſtatim ſubſtitit profluuium ſanguinis eius. ¶ Et dixit Ieſchua,

45 Quis tetigit me? Quúmque omnes negarent, dixit ei Schemeoun Kipho, & qui cum eo erant, Magiſter noſter, turbæ te conſtringunt, & opprimunt: & dicis, Quis tetigit me?

46 ¶ Ipſe verò ſubdit, Aliquis tetigit me, ego ſiquidem noui virtutem à me exiiſſe.

47 ¶ Illa porrò mulier quum videret quòd eum non fefelliſſet, venit tremens, & procidens adorauit eum, dixitque in conſpectu totius populi quâ ob cauſam tetigiſſet, & quomodo ſtatim ſanitati fuiſſet reſtituta.

48 ¶ Ipſe verò Ieſchua dixit ei, Bono animo filia mea, fides tua te ſeruauit: abi in pace.

49 ¶ Et adhuc eo loquente venit quidam ab adibus principis ſynagogæ, & dixit ei, Mortua eſt filia tua, Ne laborem exhibeas Magiſtro tuo.

50 ¶ Ieſchua verò audijt, & dixit patri puellæ, Ne timeas, tantummodo credas, & ſeruabitur. ¶ Venit autem Ieſchua domum, nec permiſit quemquam introire ſecum, niſi Schemeoun, & Iaakoub, & Iouchanon, & patrem puellæ ac matrem eius.

52 ¶ Omnes autem flebant & plangebant eam. Ieſchua verò dixit, Ne fleueritis, nec per ea. enim mortua eſt, ſed ſoporata.

53 ¶ Et irridebant eum, quippe qui ſciret

54 eam mortuam eſſe. ¶ Ipſe verò eiecit omnes foras, & apprehendit manum eius, vocauitque

55 que & dixit, Puella, ſurge. ¶ Et reuerſus eſt ſpiritus eius, ac illicò ſurrexit: & præcepit vt darent ei quid manducandum.

41 ¶ καὶ ἰδοὺ ἦλθεν ἀνὴρ, ᾧ ὄνομα ἰάειρος, καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆ συναγωγῆς ὑπῆρχε, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας τοῦ ἰησοῦ, παρεκάλει αὐτὸν εἰσελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

42 ¶ ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα, καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν.

43 ¶ καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ ἐτῶν δώδεκα, ἥτις ἰατροῖς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι·

44 ¶ προσελθοῦσα ὄπισθεν, ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς.

45 ¶ καὶ εἶπεν ὁ ἰησοῦς, τίς ὁ ἁψάμενός μου; ἀρνουμένων δὲ πάντων, εἶπεν ὁ πέτρος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι, καὶ λέγεις, τίς ὁ ἁψάμενός μου;

46 ¶ ὁ δὲ ἰησοῦς εἶπεν, ἥψατό μου τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.

47 ¶ ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε, καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα.

48 ¶ ὁ δὲ εἶπεν αὐτῇ, θάρσει θύγατερ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.

49 ¶ ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος, ἔρχεταί τις παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, λέγων αὐτῷ, ὅτι τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου· μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον.

50 ¶ ὁ δὲ ἰησοῦς ἀκούσας, ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων, μὴ φοβοῦ· μόνον πίστευε, καὶ σωθήσεται.

51 ¶ εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν σὺδένα εἰμὴ πέτρον καὶ ἰωάνην καὶ ἰάκωβον, καὶ τὸν πατέρα τοῦ παιδὸς, καὶ τὴν μητέρα.

52 ¶ ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. ὁ δὲ εἶπε, μὴ κλαίετε· οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει.

53 ¶ καὶ κατεγέλων αὐτοῦ, εἰδότες ὅτι ἀπέθανεν.

54 ¶ αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε λέγων, ἡ παῖς ἐγείρου.

55 ¶ καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα· καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν.

---

41 וְהָא גְבַר דִּשְׁמֵהּ יָאִירְשׁ רֵישׁ כְּנוּשְׁתָּא נְפַל קֳדָם רַגְלֵיהִי דְּיֵשׁוּעַ וּבְעָא מִנֵּהּ מִפְנֵי דְּיֵעוֹל לְבֵיתֵהּ ׃

42 דִּבְרַת חַד לַהּ דִּשְׁמַהּ יְחִידְיְתָא אֵית לַהּ כְּבַר תְּרֵיסַר שְׁנִין וְהִיא מְסַכְּנָא לְמִמָּת וְכַד אָזֵל עִמַּהּ הוּ יֵשׁוּעַ כְּנָשָׁא סַגִּיאָא אַסְהֲדוּהִי עֲלוֹהִי ׃

43 וְאִתְּתָא חַד דַּהֲוָת לַהּ מִן תְּרֵיסַר שְׁנִין דַּהֲוָת נָגְדָא דְּדָמָהּ וְלָא אִשְׁתְּכַחַת דְּיָכְלָה לְאַסָּאָה ׃

44 אִתְקָרְבַת מִן בָּתְרֵיהּ וְקָרִיבַת לְכַנְפָא דְּמַאנְפֵהּ וְלָא אִשְׁתְּכַחַת דְּמֵסַן אֲנָשׁ דְּתַאסָּא ׃

45 וַאֲמַר יֵשׁוּעַ מַנוּ קָרֵב לִי וְכַד כָּלְהוֹן כָּפְרִין אֲמַר לָהּ שִׁמְעוֹן כֵּיפָא

46 הוּ אֵין אֲנָשִׁין קָרְבִין לִי וְכַד אֲנָא חָמֵי דְּנָגְדָא מִנִּי חֵילָא ׃

47 וְכַד חֲזָת אִתְּתָא דְּלָא אִסְתַּמְּרַת אֲתַת בִּרְעוּתָא וְנָפְלַת קֳדָמוֹהִי וְקֳדָם כָּל כְּנָשָׁא אַחֲוָת לֵהּ עַל מָה דְּקָרֵב לֵהּ וְכֵן אִתְרְפֵית מִיָּד ׃

48 וְהוּא אֲמַר לַהּ בְּרָתִי אֵמוּנְתִּיךְ שֵׁזְבַתְכִי אִיזְלִי בִּשְׁלָמָא ׃

49 וְעַד הוּ מְמַלֵּל אֲתָא אֲנָשׁ מִן בֵּית רִבְיָא רַב כְּנִשְׁתָּא וְאָמַר לֵהּ מִיתַת לָהּ בְּרָתָךְ לָא תַּעְבֵּל לְמַלְפָנָא ׃

50 וְיֵשׁוּעַ דִּין שְׁמַע וְאָמַר לַאֲבוּהָ דְּסָלִיקָא לָא תִּדְחַל בְּלַחוֹדָךְ לְהֵימָן וְתִתְיְהֵב לַהּ וְתִתְפְּרֵק ׃

51 אֲתָא דִּין לְבֵיתָא וְלָא שְׁבַק לְאִנָשׁ דְּנֵעוֹל עִמֵּהּ אֶלָּא לְשִׁמְעוֹן וְלִיעֲקוֹב וְלִיוֹחָנָן וְלַאֲבוּהָ

52 דְּבְרַת וְלִאִמָּהּ ׃ וְכָל אִנָשׁ מְבַכְּיָן עֲלַהּ וְאָמַר לָא תִּבְכוֹן לָא מִיתַת אֶלָּא שְׁנָתָא הִיא ׃

53 הוּדִין יְשׁוּעַ אֲמַר לָא

ʼעַל ʼאֲמַא ʼלְבַב
ʼהֵימָן ʼחַיָּא ʼאֵזֵל
ʼמוּת ʼעָבֵל ʼאֶלָּף
ʼעַל
ʼבְּנָא ʼדְּבַר פֵּירוּשׁוֹ שֶׁן
ʼנְפַק ʼאֲחַר ʼקוּם
ʼחֲפַד ʼנְהַר ʼאֲבַל

לַהּ וְאִסְתַּרַת לְעֵין עַמָּא כְּלָּה מְטַל אֵידָא ׃ עָלְמָא קַדְמָאָה ׃ אִתְאַסְיַת ׃

48 הוּדִין יְשׁוּעַ אֲמַר לַהּ

ʼתַּרְע פֵּירוּשׁוֹ מִן
ʼאַמָּא ʼתְּנָא ʼנְפַק
ʼשִׁבְתָּא כִּנּוּשׁוֹ שֶׁל
ʼקוּם ʼרְגָא ʼאֵזֵל
ʼחֵיל ʼחַיָּא ʼמוֹרֶת
ʼקְרָא ʼאֲתַת ʼרְחִיצָא

Universidad de Deusto
Biblioteca

56 * Et obstupuerunt parentes eius. Ipse verò admonuit eos, vt nemini dicerent quod factum fuerat.

Ad vesperam Dominicæ v. post Surrectionem, ac de Apostolis.

CAP. IX.

1 ET aduocauit Ieschua dodecadem suam, & dedit eis virtutem & imperium in omnia dæmonia, & morbos curandi.

2 * Misitque eos vt prædicarent regnum Dei, & sanarent infirmos.

3 * Et dixit eis, Nihil feretis ad iter, non scipionem, neque peram, neque panem, neque argentum, neque duas tunicas habebitis.

4 * Et in quamcunque domum introieritis, illic estote, & illinc exite.

5 * Et quicunque non exceperint vos, quum egrediemini ex illa ciuitate, etiam puluerem a pedibus vestris excutite aduersus eos in testimonium.

6 * Exierunt itaque Apostoli, & perlustrabant pagos & ciuitates, & euangelizabant, sanabántque in omni loco.

7 * Audijt autem Heroudes Tetrarcha quæcunque fiebant manu eius, & mirabatur. Propterea quòd quidam dicebant Iouchanan surrexisse à domo mortuorum.

8 * Alij verò dicebant Elijo apparuisse: alij demique prophetam ex prophetis antiquis resurrexisse.

9 * Et ait Heroudes, Caput Iouchanan ego amputaui, quis est autem iste de quo hæc audio? Et volebat eum videre.

10 * Quúmque reuersi essent Apostoli, retulerunt Ieschua quicquid fecerant. Et duxit eos solos in locum desertum Bethsaidæ.

11 * Turbæ autem quum cognouissent, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei, eósque qui curatione egebant, sanabat.

Oblationis quotidianæ.

12 * Quum autem cœpisset dies inclinare, accesserunt discipuli eius, & dicunt ei, Dimitte cœtus vt proficiscantur in pagos circumiacentes & oppida, vt diuertant in ea, & inueniántque sibi cibum, quia in loco deserto sumus.

Translat. B. Hieronymi. EVANG. LVCAE. ΕΥΑΓΓ. ΚΑΤΑ ΛΟΥΚ. θ'. 289

56 * Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

Mat. 10. Mar. 3. Luc. 9. Iesus

1 COnuocatis autem † duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.

Mat. 10. Mar. 6. Luc. 9.

2 * Et misit illos prædicare regnũ Dei, & sanare infirmos.

3 * Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.

4 * Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & indè ne exeatis.

5 * Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite, in testimonium supra illos.

6 * Egressi autem circuibant per castella euangelizantes, & curantes vbique.

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 9.

7 * Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat eò quòd diceretur à quibusdam, Quia Iohannes surrexit à mortuis:

8 * A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis surrexit.

9 * Et ait Herodes, Iohannem ego decollaui: Quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Mar. 14. Luc. 24.

10 * Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, qui est Berhsaidæ.

11 * Quod cùm cognouissent turbæ, secutæ sunt illũ: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei: & eos qui curatione indigebant, sanabat.

Mat. 14. Mar. 6. Luc. 24.

12 * Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella vilasque quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hîc in loco deserto sumus.

56 * καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς. ὁ δὲ παρήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

θ'.

1 * Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν·

2 * καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἰᾶσθαι αὐτοὺς ἀσθενοῦντας·

3 * καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν, μήτε ῥάβδους, μήτε πήραν, μήτε ἄρτον, μήτε ἀργύριον, μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν.

4 * καὶ εἰς ἣν δ' ἂν οἰκίαν εἰσέλθητε, ἐκεῖ μένετε, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε.

5 * καὶ ὅσοι μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, καὶ τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε εἰς μαρτύριον ἐπ' αὐτούς.

6 * ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας, εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.

7 * ἤκουσε δὲ ἡρῴδης ὁ τετραάρχης τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα, καὶ διηπόρει, διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων, ὅτι Ἰωάννης ἐγήγερται ἀπὸ τῶν νεκρῶν·

8 * ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ἠλίας ἐφάνη· ἄλλων δέ, ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.

9 * καὶ εἶπεν ἡρῴδης, Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, τίς δέ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; καὶ ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.

10 * καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ ὅσα ἐποίησαν. καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς, ὑπεχώρησε κατ' ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.

11 * οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος αὐτοὺς, ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο.

12 * Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα, εἶπον αὐτῷ, ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς, καταλύσωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμόν· ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 * Dixit eis Ieschua: Date eis vos quod edendum. Ipsi verò dixerunt, Non sunt nobis plusquàm quinque panes & duo pisces, nisi proficiscamur et emamus cibum totì huic
14 populo. * Aderant enim quasi quinque millia virorum. Dixit eis Ieschua, Facite eos discumbere per singulos discubitus homines
15 quinquagenos. * Et ita fecerunt discipuli, & fecerunt discumbere illos omnes.
16 * Et accepit Ieschua istos quinque panes et duos pisces, & suspexit in cælum, benedixitque, & fregit ac dedit discipulis suis, vt ponerent turbis.
17 * Comederuntque omnes & expleti sunt. Et sustulerunt fragmentorum, quæ superfuerunt, duodecim cophinos.

Festo Apostolorum.

18 * Quumque oraret solus, et discipuli essent cum eo, interrogauit eos, & ait, Quem me dicunt esse cætus?
19 * Respondentes & dicunt ei, Iouchanan Baptistam, alij autem Ilio, alij denique Propheta ex antiquis Prophetis resurrexisse.
20 * Dixit eis, Vos autem quem me dicitis esse? Respondit Schemeoun, & ait, Messchicho Dei.
21 * Ipse verò prohibuit eis, eosque admonuit vt nemini hoc dicerent.
22 * Et ait illis, Futurum est vt Filius hominis multa perpetiatur, & reprobetur a Senioribus & principibus Sacerdotum, Scribisque, & vt interimant eum; ac die tertia resurgat.
23 * Dicebat autem coram omnibus, Quicunque voluerit venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & veniat post me.
24 * Quisquis enim voluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam propter me, is seruabit eam.
25 * Quid enim iuuat hominem lucrari mundum vniuersum, animam verò suam perdere, aut detrimentum sui facere?
26 * Quem autem puduerit mei, meorumque sermonum, pudebit eius Filium hominis, quum venerit in gloria Patris sui, cum Angelis ipsius sacrosanctis.

Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9. Ioan. 6.
13 * Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces: nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.
14 * Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos.
15 * Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes.
16 * Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante turbas.
17 * Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Matt. 16. Marc. 8. Luc. 9.
18 * Et factum est, cùm solus esset orãs, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos dicens, Quem me dicunt esse turbæ? 19 * At illi respondentes, & dixerunt, Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus Propheta de prioribus surrexit.
20 * Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Christum Dei.
21 * At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc:
22 * Dicens, Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.
23 * Dicebat autem ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.
24 * Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.
25 * Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?
26 * Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua & Patris, & sanctorum Angelorum.

13 * εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς, δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν· ὁ δὲ εἶπον, οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ ἰχθύες δύο, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον βρώματα.
14 * ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἀνδρες πεντακισχίλιοι. εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα.
15 * καὶ ἐποίησαν οὕτω, καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας.
16 * λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους, καὶ τοὺς δύο ἰχθύας, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ κατέκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς παρατιθέναι τῷ ὄχλῳ.
17 * καὶ ἔφαγον, καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες. καὶ ἤρθη τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.

18 * Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατὰ μόνας, συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, λέγων, τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι;
19 * οἱ δὲ ἀποκριθέντες εἶπον, Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν· ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ, ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.
20 * εἶπε δὲ αὐτοῖς, ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος, εἶπε, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.
21 * ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο·
22 * εἰπὼν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι.
23 * ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας, εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀκολουθείτω μοι.
24 * ὃς γὰρ ἐὰν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ' ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐτήν.
25 * τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας, ἢ ζημιωθείς;
26 * ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matutinis festo Tabernaculorum.

27 * Veritatem dico vobis, sunt quidam qui hic adstant, qui non gustabunt mortem donec quidem viderint regnum Dei.

28 * Factum est autem post hæc verba circiter octo dies, vt assumpserit Jeschua Schemeoun, et Iaakoub, & Jouchanon, conscenderitque montem vt oraret.

29 * Quumque precaretur, mutata est species vultus eius, & vestimenta eius facta sunt candida, atque coruscabant.

30 * Et ecce duo viri colloquebantur ei, qui erant Mousche & Ilio,

31 * Qui apparebant in gloria: caeterum verba faciebant de ipsius exitu, quem completurus erat in Ourischlem.

32 * Erant autem grauati somno Schemeoun & ij qui cum eo erant. vixque experrecti fuerant quum viderunt gloriam eius, et duos illos viros qui stabant cum eo.

33 * Quumque cæpissent discedere ab eo, dixit Schemeoun ipsi Jeschua, Magister, Bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Mousche vnum, & Ilio vnum. & nesciebat quid diceret.

34 * Quumque hæc dixisset, extitit nubes, & operuit eos: & timuerunt quum ingrederentur Mousche & Ilio, qui ingrediebantur nubem.

35 * Et vox extitit de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus, eum audite.

36 * Quumque vox illa extitisset, inuentus est Ieschua solus: & illi siluerunt, nemini quæ dixerunt illis diebus quod conspexerant fuerant.

Feria II. hebdomadę II. Ieiunij.

37 * Et factum est postero die quum descenderent de monte, vt occurrerent eis turbæ multæ.

38 * Et vir quidam è turba exclamauit, dicens, Magister, peto à te respice in me pro filio meo, qui vnicus est mihi.

39 * Spiritus autem arripit eum, & dilacerpentè vociferatur, frendétque dentibus suis, ac discerpit; & vix discedit ab eo, quum minuerit eum.

Mat. 16. Mar. 8. Luc. 9.
27 * Dico autem vobis verè, Sunt aliqui hîc stantes, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.

Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9.
28 * Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum, & Iohannem, & ascendit in montem vt oraret.

29 * Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & refulgens.

30 * Et ecce duo viri loquebantur cum illo. erant autem Moyses & Elias,

31 * Visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.

32 * Petrus verò, & qui cum illo erant, grauati erant somno. & euigilantes, viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo.

33 * Et factum est, cùm discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret.

34 * Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, intrantibus illis in nubem.

Mat. 3. 4 Pet. 2. Luc. 3.
35 * Et vox facta est de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite.

36 * Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9.
37 * Factum est autem, in sequenti die, descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

38 * Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus mihi est.

39 * Et ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum.

27 * λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἳ οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

28 * ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, καὶ παραλαβὼν τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι.

29 * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν, τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων.

30 * καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωσῆς καὶ Ἠλίας,

31 * οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ, ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἰερουσαλήμ.

32 * ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ.

33 * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ, εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰησοῦν, Διδάσκαλε, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι. καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοὶ, καὶ μίαν Μωσεῖ, καὶ μίαν Ἠλίᾳ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει.

34 * ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ἐγένετο νεφέλη, καὶ ἐπεσκίαζεν αὐτούς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην.

35 * καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης, λέγουσα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε.

36 * καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη Ἰησοῦς μόνος. καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν, καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν.

37 * ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς.

38 * καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἐβόησε, λέγων, Διδάσκαλε, δέομαί σου, ἐπίβλεψαι ἐπὶ τὸν υἱόν μου· ὅτι μονογενής ἐστί μοι·

39 * καὶ ἰδοὺ πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν, καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ, καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρίβον αὐτόν·

Universidad de Deusto
Biblioteca

40 ‡ Et efflagitaui à discipulis tuis vt eiicerẽt
41 eum, neque potuerunt. ‡ Respondit autem
Ieschua, & ait, O vos generatio incredula &
peruersa, quousque tandem ero apud vos, &
sustinebo vos? Adducito huc filium tuum.
42 ‡ Quumque adduceret eum, proster-
nebat eum dæmonium illud, & stridere fecit eum.
& obiurgauit Ieschua spiritum illi immun-
dum, & sanauit puerum, eumque reddidit
43 patri suo. ‡ Et admirabantur omnes ob ma-
gnificentiam Dei: quinque vnusquisque per-
celleretur super omnibus quæ faciebat Ie-
44 schua, dixit discipulis suis: ‡ Reponite vos
sermones istos in aures vestras: Futurum est
enim vt Filius hominis tradatur in manus
45 minum. ‡ Illi autem non assecuti sunt cog-
nitione hunc sermonem, propterea quòd erat
occultus ab eis ne cognoscerent eum: time-
bántque eum interrogare de hoc sermone.
46 ‡ Et intrauit in eos cogitatio, quisnam es-
47 set eorum maximus. ‡ At Ieschua cognouit
cogitationem cordis eorum, accepit puerum,
48 & statuit eum apud se. ‡ Et dixit eis, Qui-
cunque exceperit puerulum hunc similem in
nomine meo, me excipit: & quisquis me ex-
ceperit, excipit eum qui misit me. Etenim
qui minimus est inter vos omnes, is erit ma-
49 ximus. ‡ Et respondit Iouchanon, & ait,
Magister noster, vidimus quendam eiicen-
tem dæmonia in nomine tuo: & prohibuimus
eum, quia post te non venit nobiscum.
50 ‡ Dixit eis Ieschua, Ne prohibeatis: qui
enim non est aduersum vos, pro vobis est.

Ad vesperas Dominicæ sextæ post
Resurrectionem.

51 ‡ Et factum est quum implerentur dies
ascensionis eius, præparauit vultum suum
vt proficisceretur ad Ourischlem.
52 ‡ Misitque nuntios ante faciem suam, qui
profecti introierunt in pagũ Schamaritano-
53 rum, vt præpararent ei. ‡ Negue recepe-
perunt eum, quòd præ se ferret speciem pro-
54 ficiscentis ad Ourischlem. ‡ Quod quum
vidissent Iaakoub & Iouchanon eius discipu-
li, dixerunt ei, Domine noster, vis dicamus
vt descendat ignis de cælo, & consumat
eos, sicut & Elio fecit?

40 ‡ Et rogaui discipulos tuos vt eiicerẽt
illum, & non potuerunt.
41 ‡ Respondens autem Iesus, dixit, O
generatio infidelis & peruersa, vsque-
quo ero apud vos, & patiar vos? Adduc
huc filium tuum.
42 ‡ Et cùm accederet, elisit illũ dæmo-
nium, & dissipauit. Et increpauit Iesus
spiritum immundũ, & sanauit puerum:
& reddidit illum patri eius.
43 ‡ Stupebant autem omnes in magni-
tudine Dei: omnibusque mirantibus in
omnibus quę faciebat, dixit ad discipu-
los suos: ‡ Ponite vos in cordibus
44 vestris sermones istos, Filius enim ho-
minis futurum est vt tradatur in manus
hominum. ‡ At illi ignorabant ver-
45 bum istud, & erat velatum ante eos, vt F
non sentirent illud: & timebant eum
interrogare de hoc verbo.
46 ‡ Intrauit autem cogitatio in eos,
quis eorum maior esset.
47 ‡ At Iesus videns cogitationes cordis
illorum, apprehendit puerum, & statuit
illum secus se: ‡ Et ait illis, Quicun-
48 que susceperit puerum istum in nomine
meo, me recipit: & quicunque me rece-
perit, recipit eum qui me misit. Nam
qui minor est inter vos omnes, hic ma-
ior est.
49 ‡ Respondens autem Iohannes, dixit,
Præceptor, vidimus quendam in nomi-
ne tuo eiicientem dæmonia: & prohi-
buimus eum, quia non sequitur no-
biscum. ‡ Et ait ad illum Iesus, No-
vos vobis lite prohibere. qui enim non est aduer-
sum nos, pro nobis est.

‡ Factum est autem dum compleren-
51 tur dies assumptionis eius, & ipse facié
suam firmauit vt iret in Ierusalem.
52 ‡ Et misit nuntios ante conspectum
suum: & euntes intrauerunt in ciuita-
tem Samaritanorum, vt pararent illi.
53 ‡ Et non receperunt eum, quia facies
eius erat euntis in Ierusalem.
54 ‡ Cùm vidissent autem discipuli eius
Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domi-
ne, vis dicimus vt ignis descendat de cę-
lo, & consumat illos?

40 ‡ καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου ἵνα ἐκβάλλωσιν αὐτὸ,
καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν.
41 ‡ Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν, ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διε-
στραμμένη, ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑ-
μῶν; προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου.
42 ‡ Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ, ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμό-
νιον, καὶ συνεσπάραξεν. ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύμα-
τι τῷ ἀκαθάρτῳ, καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα, καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν
τῷ πατρὶ αὐτοῦ.
43 ‡ Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ θεοῦ.
πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, εἶ-
πε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ,
44 ‡ θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους· ὁ γὰρ
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.
45 ‡ οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἦν παρακεκαλυμ-
μένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρω-
τῆσαι αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.
46 ‡ εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μεί-
ζων αὐτῶν.
47 ‡ ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, ἐ-
πιλαβόμενος παιδίου, ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ,
48 καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὃς ἐὰν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ
τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ δέξηται, δέχε-
ται τὸν ἀποστείλαντά με. ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑ-
πάρχων, οὗτος ἔσται μέγας.
49 ‡ Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, Ἐπιστάτα, εἴδομέν τινα
ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκωλύ-
σαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μετ' ἡμῶν.
50 ‡ καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, μὴ κωλύετε· ὃς γὰρ οὐκ
ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν.

51 ‡ Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀ-
νάλήψεως αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ
πορεύεσθαι εἰς ἱερουσαλήμ·
52 ‡ καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ. καὶ
πορευθέντες εἰσῆλθον εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥστε ἑτοι-
μάσαι αὐτῷ.
53 ‡ καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πο-
ρευόμενον εἰς ἱερουσαλήμ.
54 ‡ ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης εἶπον,
κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ
ἀναλῶσαι αὐτούς, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;

48 ואמר להון מן דמקבל טליא דין בשמי לי הו מקבל ומן דלי מקבל למן דשדרני ארום זעירא בגוא
בכלכון הנא ורבא הוה ׳ ענא יתמן ואמר רבן חזין אנש ׳ דמפק שארא כשמך ׳ ובליניהי על לא אשא
עמן כהדך ׳ ׳ אמר להון ישוע לא תכלון למן גיר לא הוא לוקבלכון מלפיכון הו ׳
דרמשא דמר בשבא דן דמתר ׳ קומתא לד
49 ׳ ואתי דבד ׳ מתלין ואמא ׳ דסולקה ׳ אוקמן פרעופה ׳ דנאזל לאורשלם ׳ ׳ ושדר מלאכא קדם פרעופה
ואזלו ועלו לקריתא דשמריא איך דנתקנון לה ׳ ׳ ולא קבלוהי משל דפרעופה לאורשלם סיס הוא למזל ׳ ׳ ויבד חד
יעקוב ויוחנן תלמידוהי אמרין לה מרן צבא אנתרגאמר ׳ ותחות נגא מן שמיא ׳ ותחיש אכון כאיך אליא עבד ׳

Universidad de Deusto
Biblioteca

55 * Et conuersus obiurgauit eos, & ait: Nescitis cuius spiritus vos estis.
56 * Filius enim hominis non venit vt perderet animas, sed vt seruaret. Profecti sunt
57 itaque in pagum alium. * Quumque ita facerent, dixit ei quidam, Post te vbicunque ieris, Domine mi.
58 * Dixit ei Ieschua, Vulpes lustra habent, & volucres cæli nidos; Filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.
59 * Et ait ad alium, Post me venito. Ille verò dixit ei, Domine mi, permitte mihi prius abeam sepultum patrem meum.
60 * Dixit ei Ieschua, Sine mortuos sepelientes mortuos suos: tu verò, Ito, euangelica regnum Dei.
61 * Dixit ei alius, Post te ibo, Domine mi, sed permitte mihi prius vt proficiscar vale dicturus filiis domus mea, & veniam.
62 * Dixit ei Ieschua, Nemo admouens manum suam ad aratrum parà bouem, & respiciens tergo, aptus est ad regnum Dei.

Feria quarta Septimanæ Candidatorum.

CAP. X.

1 POst hæc secreuit Ieschua è discipulis suis alios septuaginta; misitque eos binos ante faciem suam in omnem locum & ciuitatem quò futurum erat vt ipse veniret.
2 * Et dixit eis, Messis quidem multa, operarij verò pauci: petite igitur à Domino messis, vt emittat operarios in messem suam.
hominum peccatorum, & crucifigi: &
die tertia resurgere.
8 * Et recordatæ sunt verborum eius.
9 * Et regressæ à monumento, nuntia-
uerunt hæc omnia illis vndecim, & cæ-
teris omnibus.
10 * Erat autem Maria
Magdalene, & Iohanna, & Maria Iaco-
bi, & cæteræ quæ cum eis erant, quę di-
cebant ad Apostolos hæc.
11 * Et visa sunt ante illos sicut deliramẽ-
ta verba ista, & non crediderunt illis.
12 * Petrus autem surgens cucurrit ad
monumentum: & procũbens vidit lin-
teamina sola posita, & abiit secum mi-
rans quod factum fuerat.

51 * οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει
αὐτῶν, ἀπὸ Ἀριμαθαίας πόλεως τῶν Ἰουδαίων, ὃς προσ-
εδέχετο καὶ αὐτὸς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ·
52 * οὗτος προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ, ᾐτήσατο τὸ σῶμα τοῦ
Ἰησοῦ.
53 * καὶ καθελὼν αὐτὸ ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι, καὶ ἔθη-
κεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ, οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς
κείμενος.
54 * καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε.
55 * κατακολουθήσασαι δὲ γυναῖκες, αἵτινες ἦσαν συ-
νεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, ἐθεάσαντο τὸ μνη-
μεῖον, καὶ ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ.
56 * ὑποστρέψασαι δὲ ἡτοίμασαν ἀρώματα καὶ μύρα. Καὶ
τῷ μὲν σαββάτῳ ἡσύχασαν, κατὰ τὴν ἐντολήν.

κδ'.

1 * Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἦλθον ἐπὶ
τὸ μνῆμα, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα, καί τινες σὺν
αὐταῖς.
2 * εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου·
3 * καὶ εἰσελθοῦσαι οὐχ εὗρον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.
4 * καὶ ἐγένετο ἐν τῇ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου, καὶ
ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθῆσιν ἀστρα-
πούσαις.
5 * ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν, καὶ κλινουσῶν τὸ πρό-
σωπον εἰς τὴν γῆν, εἶπον πρὸς αὐτάς, τί ζητεῖτε τὸν ζῶν-
τα μετὰ τῶν νεκρῶν;
6 * οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη. μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν
ὑμῖν, ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ,
7 * λέγων, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς
χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ
τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι.
8 * καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.
9 * καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦ-
τα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.
10 * ἦσαν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία
Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἱ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀ-
ποστόλους ταῦτα.
11 * καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα
αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς.
12 * ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ πα-
ρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα· καὶ ἀπῆλθε,
πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Feria II. hebdomadis Candidatorum.

13 ✠ *Et ecce duo ex eis eo ipso die ibant fuscabant ad pagum nomine Emaus, distantem ab Ourischlem stadiis sexaginta.*

14 ✠ *Ipsique colloquebantur inter se de his omnibus quæ euenerant.*

15 ✠ *Dumque ipsi colloquerentur, & ipsi mutuò rogitarent, venit ipse Ieschua, & sequutus est eos, & iter faciebat cum eis.*

16 ✠ *Oculi autem eorum tenebantur, ne agnoscerent eum.*

17 ✠ *Et dixit eis, Qui sunt hi sermones quos loquimini vnus cum alio dum ambulatis, & estis tristes?*

18 ✠ *Et respondit vnus ex eis, cui nomen Kleioupha, & dixit ei, Tune solus es extraneus ab Ourischlem, qui nescias quid factum sit in ea istis diebus?*

19 ✠ *Dixit eis, Quid? Dicunt ei, De Iesu illo à Nozrath, qui fuit vir Propheta, potensque fuit in sermone & opere coram Deo, & coram vniuerso populo.*

20 ✠ *Quem tradiderunt principes Sacerdotum & Seniores iudicio mortis, & crucifixerunt eum.*

21 ✠ *Nos autem sperabamus eum esse qui redempturus esset Israel. & ecce tam tres sunt dies, ex quo hæc omnia facta sunt.*

22 ✠ *Sed & mulieres ex nobis obstupefecerunt nos, diluculò prævenientes fuerunt ad monumentum.*

23 ✠ *Quæ quum non inuenissent corpus eius, venerunt, dicentes nobis, se vidisse Angelos illic, qui dicunt eum viuere.*

24 ✠ *Quinetiam quidam ex nobis profecti sunt ad monumentum, & ita inuenerunt sicut prout dixerant mulieres; ipsum verò non viderunt.*

25 ✠ *Tunc dixit eis Ieschua, O expertes rationis, & graues corde ad credendum iis omnibus quæ locuti sunt Prophetæ!*

26 ✠ *Nonne hoc futurum erat, vt pateretur Meschicho, & ingrederetur in gloriam suam?*

27 ✠ *Et exorsus est à Mousche & ab omnibus Prophetis, & explicabat de se ex omnibus Scripturis.*

28 ✠ *Et appropinquabant pagò eò in quem proficiscebantur; et ipse fingebat se quasi in locum longinquum iter habere.*

Translat. B. Hieronymi. EVANG. LVCAE. ΕΥΑΓΓ. ΚΑΤΑ ΛΟΥΚ. κδ'. 381

13 ✠ *Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalé, nomine Emmaus.*

14 ✠ *Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant.*

15 ✠ *Et factum est, dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis.*

16 ✠ *Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent.*

17 ✠ *Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?*

18 ✠ *Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?*

19 ✠ *Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo.*

20 ✠ *Et quomodo eũ tradiderũt summi Sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.*

21 ✠ *Nos autẽ sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nũc super hęc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt.*

22 ✠ *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quę ante lũcem fuerunt D ad monumentum:*

23 ✠ *Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.*

24 ✠ *Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt; ipsum verò non inuenerunt.*

25 ✠ *Et ipse dixit ad eos, O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti sunt Prophetæ.*

26 ✠ *Nonne hęc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?*

27 ✠ *Et incipiens à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant.*

28 ✠ *Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longiùs ire.*

13 ✠ Καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἰερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαούς·

14 ✠ καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων.

15 ✠ καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς·

16 ✠ ὁ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν.

17 ✠ εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς, τίνες οἱ λόγοι οὗτοι οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες, καὶ ἐστὲ σκυθρωποί;

18 ✠ ἀποκριθεὶς δὲ εἷς ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε πρὸς αὐτόν, σὺ μόνος παροικεῖς Ἰερουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα ἐν αὐτῇ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις;

19 ✠ καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ποῖα. ὁ δὲ εἶπον αὐτῷ, τὰ περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης, δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ ἐναντίον τοῦ θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ·

20 ✠ ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν ὁ ἀρχιερεὺς καὶ ὁ ἄρχοντες ἡμῶν εἰς κρίμα θανάτου, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

21 ✠ ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο.

22 ✠ ἀλλὰ καὶ γυναῖκές τινες ἐξ ἡμῶν ἐξέστησαν ἡμᾶς, γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον,

23 ✠ καὶ μὴ εὑροῦσαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἦλθον, λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι, οἳ λέγουσιν αὐτὸν ζῆν.

24 ✠ καὶ ἀπῆλθόν τινες τῶν σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ εὗρον οὕτω καθὼς καὶ αἱ γυναῖκες εἶπον, αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον.

25 ✠ καὶ αὐτὸς εἶπε πρὸς αὐτούς, ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται·

26 ✠ οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν χριστὸν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ;

27 ✠ καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ Μωσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν, διηρμήνευσεν αὐτοῖς ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ.

28 ✠ καὶ ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην οὗ ἐπορεύοντο· καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

29 * At coegerunt eum; dicuntque ei, Mane apud nos, quoniam dies nunc inclinat: ad te nebras. & ingressus est vt maneret cum eis.

30 * Factum est autem quum discubuisset cum eis, accepit panem & benedixit, frege-que & dedit eis.

31 * Et illicò aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt eum: ipse verò ablatus est ab eis.

32 * Et dicebant alter alteri, Nonne cor nostrum ardebat in nobis dum colloqueretur nobis in via, & explicaret nobis Scripturas?

33 * Et surrexerunt ea ipsa hora, & reuersi sunt ad Ourischlem; & inuenerunt vndecim congregatos, & eos qui cum ipsis erant,

34 * Dicentes, Verè surrexit Dominus Magister, & apparuit Schemeoun.

35 * Quinetiam ipsi renunciarunt ea quæ contigerunt in via; & quomodo innotuerunt ei dum frangeret panem.

Ascensionis Domini nostri.

36 * Quumque hæc loquerentur, Ipse astitit inter eos, & dixit eis, Pax vobis: ego sum, ne timeatis.

37 * At ipsi perterrebantur & expauescebant: putabant enim se Spiritum videre.

38 * Dixit eis Jeschua, Quid commouemini, & quare ascendunt cogitationes in cordibus vestra?

39 * Videte manus meas & pedes meos, quia ego sum. contrectate me, & agnoscite, quia Spiritus carnem & ossa non habet, prout me videtis habere.

40 * Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus suas pedésque suos.

41 * Quumque adhuc non crederent præ gaudio suo, & mirarentur, dixit eis, Habetis hic quid manducandum?

42 * Ipsi verò dederunt ei partem piscis assi,
43 & ex fauo mellis.

44 * Et dixit eis, His sunt sermones quos locutus sum vobiscum dum apud vos essem, quoniam oportere impleri quicquid scriptum est in Lege Mouschi & in Prophetis & Psalmis de me.

45 * Tunc aperuit eorum mentem vt intelligerent Scripturas.

29 * Et coëgerunt illum, dicentes, Mane nobiscum! quoniã aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

30 * Et factum est, dum recũberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

31 * Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum.

32 * Et dixerunt ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquereturin via, & aperiret nobis Scripturas?

33 * Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant,

34 * dicentes, Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. E

35 * Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

36 * Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis, Pax vobis: ego sum, nolite timere.

37 * Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre.

38 * Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

39 * Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. palpate & videte, quia spi- F ritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

40 * Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.

41 * Adhuc autẽ illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hîc aliquid quod manducetur?

42 * At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis.

43 * Et cùm manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

44 * Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri om G nia quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

45 * Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.

29 * καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν, λέγοντες, μεῖνον μεθ' ἡμῶν, ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς.

30 * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ' αὐτῶν, λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς.

31 * αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν· καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν.

32 * καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφάς;

33 * καὶ ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ὑπέστρεψαν εἰς Ἰερουσαλὴμ, καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς,

34 * λέγοντας, ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι·

35 * καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου.

36 * Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν.

37 * πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν.

38 * καὶ εἶπεν αὐτοῖς, τί τεταραγμένοι ἐστὲ, καὶ διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν;

39 * ἴδετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου· ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι. ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

40 * καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπέδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας.

41 * ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ὑπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε;

42 * οἱ δὲ ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου·

43 * καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν.

44 * εἶπε δὲ αὐτοῖς, οὗτοι οἱ λόγοι οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς, ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ μωσέως καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ.

45 * τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς,

Universidad de Deusto
Biblioteca

44 * καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι μου οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ἔτι ὢν σὺν ὑμῖν, ὅτι δεῖ πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέως καὶ τοῖς προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ.

45 * τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς.

46 * καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὅτι οὕτως γέγραπται καὶ οὕτως ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ.

47 * καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.

48 * ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων.

49 * καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους.

50 * Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω ἕως εἰς Βηθανίαν· καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ, εὐλόγησεν αὐτούς.

51 * καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εὐλογεῖν αὐτὸν αὐτοὺς, διέστη ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν.

52 * καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς μεγάλης.

53 * καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν· ἀμήν.

---

44 * Et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die.

47 * Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.

48 * Vos autem testes estis horum.

49 * Et ecce ego mitto promissum patris mei in vos: vos autè sedete in ciuitate, quoad vsque indnamini virtute ex alto.

50 * Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis.

51 * Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.

52 * Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno.

53 * Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Τέλος τοῦ κατὰ λουκᾶν ἁγίου εὐαγγελίου.

46 * Et dixit eis, Ita scriptum est, & expediebat pati Meschicho, & resurgere à domo mortuorum tertio die:

47 * Et prædicari in eius nomine pœnitentiam in remissionem peccatorum in cunctis gentibus, ita vt exordium esset ab Ourischlem.

48 * Vos autem estis testes horum.

49 * Et ego mittam super vos promissum Patris mei: vos autem expectate in Ourschlem ciuitate, vsquequò induamini virtute ex alto.

50 * Et eduxit eos vsque in Beth-Anie, & eleuauit manus suas, eisque benedixit.

51 * Et factum est dum benediceret eis, separatus est ab eis, & conscendit cælos.

52 * Ipsi autem adorauerunt eum, et reuersi sunt ad Ourischlem cum gaudio magno.

53 * Et omni tempore erant in templo glorificantes & benedicentes Deum. Amen.

Absolutum est Euangelium sanctum Lucæ Euangelistæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROLOGVS IN EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

HIC EST Iohannes Euãgelista vnus ex discipulis Domini, qui virgo à Deo electus est: quem de nuptijs volentẽ nubere vocauit Deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimoniũ datur in Euãgelio, quòd & præ cęteris dilectus à Deo dicitur, & huic matrẽ suam pendens in cruce cõmẽdauit Dominus, vt virginem virgo seruaret. Denique manifestãs in Euangelio quod erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans, solus verbũ carnem factum esse, nec lumen à tenebris comprehensum fuisse testatur, primum signũ ponens quod in nuptijs fecit Dominus, ostẽdens quòd ipse erat; vt legentibus demonstraret, quòd vbi Dominus inuitatus sit, deficere nuptiarum vinum

EVANGELIVM SANCTVM
FRAECONIVM IOVCHANON
quod locutus est ac prædicauit Iouiã Ephe

IN NOMINE DOMINI
DEIQVE NOSTRI IESCHV
Christi obsignamus Euangelium fac
ctum, prædicationem Iouchanon pr

GVIDONE FABRICIO BVRGE
EXSCRIPTORE ET INTERPRETE

Lectio in festo Natiuitatis Domini
nostri. CAP. I.

IN PRINCIPIO
Verbum, &
bum erat apud Deum, &
Deus erat illud Verbum.
*Hoc erat in principio apud Deum.
*Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est.
*In ipso vita erat, & vita erat lux hominum:
*Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.
*Fuit homo missus à Deo, cui nomen Iouchanon.
*Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.
*Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.
*Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ.
*In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.
*In propria venit, & sui eum non receperunt.
*Ad suos venit, & sui eum non

debeat, & veteribus immutatis, noua omnia quę à Christo instituũtur appareant. Hoc autem Euangeliũ scripsit in Asia, postea quàm in Pathmos insula Apocalypsim scripserat, vt cui in principio canonis incorruptibile principiũ prænotatur in Genesi, ei etiã incorruptibilis finis per virginẽ in Apocalypsi redderetur, dicẽte Christo: Ego sum alpha & Ω mega. Et hic est Iohannes qui sciens superuenisse diem recessus sui, cõuocatis discipulis suis in Ephesῳ, per multa signorũ experimenta promens Christum, descendẽs in defossum sepulturę locum, facta oratione positus est ad patres suos; tã extraneus à dolore mortis quàm à corruptione carnis inuenitur alienus. Tum post omnes Euangelium scripsit: & hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio vel librorũ ordinatio ideò à nobis per singula non exponitur, vt sciendi desiderio collato & quærẽtibus fructus laboris & Deo magisterij doctrina seruetur.

SANCTVM IESV CHRISTI
EVANGELIVM SECVNDVM
IOHANNEM.

CAP. I.

IN PRINCIPIO erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum.
Hoc erat in principio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.
In ipso vita erat, & vita erat lux hominum:
Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.
Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Iohannes.
Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum.
Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.
Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ.
In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.
In propria venit, & sui eum non receperunt.

ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ
ΑΓΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

κεφαλ. α΄.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν
πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.
οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν.
πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς
αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν.
ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων.
καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν.
ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ ἰωάννης.
οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ.
οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.
ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.
ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω.
εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον.

12 * Iis autem qui receperunt eum, dedit potestatem vt filij Dei fierent, his[inquam,]qui credunt in nomen eius.

13 * Ji qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo genti sunt.

14 * Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & spectauimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia ac veritatis.

15 * Jouchanon testatus est de eo, & clamauit & ait, Hic est de quo dicebam, Venit qui venit, & fuit ante me, quoniã prior me erat.

16 * Et ex plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

17 * Quandoquidem Lex per Moysen data est, veritas autem & gratia per IESCHVA Meschicho fuit.

Matutinis Dominicæ post Epiphaniam.

18 * Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus ille Deus qui est in sinu Patris sui, ipse annunciauit.

19 * Et hoc est testimonium ipsius Jouchanan quando miserunt ad eum Jehoudai ab Orschelem, Sacerdotes & Leuitas vt interrogarent eum, Tu quis es?

20 * Et confessus est, neque negauit: & confessus est, Non sum ego Meschicho.

21 * Et interrogauerunt eum rursus, Quid ergo? Jlijo es? & ait, Non sum. Es tu propheta? & ait, Minime.

22 * Dixerúntque ei, Ecquis es? vt demus responsum ijs qui miserunt nos: quid dicis de teipso?

23 * Ait, Ego sum Vox clamantis in deserto, Complanate viam Domini prout dixit Eschaio propheta.

24 * Jlli autem qui missi fuerant erant ex Perischeis erant.

25 * Et interrogauerunt eum ac dixerunt ei, Quid igitur baptizas si tu non es Meschicho, neque Jlijas, neque propheta?

26 * Respondit Jouchanan, & dixit eis, Ego baptizo in aqua, sed inter vos stat ille, quem vos nescitis.

27 * Js est qui post me venit, & fuit ante me: is,[inquam,]cuius nõ sum dignus quem soluam corrigias calceamentorum.

28 * Hæc in Beth-Anio facta sunt trans Jordanem, vbi baptizabat Jouchanon.

12 * Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

13 * Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

14 * Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis; & vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis.

15 * Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat.

16 * Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

17 * Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est.

18 * Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse C enarrauit.

19 * Et hoc est testimonium Iohannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es?

20 * Et confessus est, & non negauit: & confessus est, Quia non sum ego Christus.

21 * Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non.

22 * Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso?

23 * Ait, Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. * Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.

24 * Et interrogauerũt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?

25 * Respondit eis Iohannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum D stat quem vos nescitis.

26 * Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.

27 * Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Oblationem Dominicæ post Ephaniam.

29 * Postero autem die vidit Iouchanon Ieschua venientem ad se, & ait, Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi.

30 * Hic est de quo dicebam, Post me venit vir, & fuit ante me, quoniam prior me est.

31 * Et ego non noueram eum, sed vt manifestetur Israeli, propterea veni aqua baptizatum.

32 * Et testatus est Iouchanon, dixitque, Contemplatus sum Spiritum descendentem de cælo quasi columbam, mansitque super eum.

33 * Et ego non noueram eum, sed qui misit me vt baptizarem aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris descendentem Spiritum & commorantem super eum, hic baptizat in Spiritu Sanctitatis.

34 * Et ego vidi, & testor hunc esse Filium Dei.

35 * Cæterùm alio die stabat Iouchanon, & duo ex discipulis eius.

36 * Et intuitus Ieschua ambulantem, ait, Ecce Agnus Dei.

37 * Audierúntque duo eius discipuli dicentem, & abierunt post Ieschua.

38 * Et conuersus Ieschua respexit eos venientes post se, dixitque eis, Quid quæritis? Dicunt ei, Magister noster vbi degis?

39 * Dixit eis, Venite, & videbitis. Venerunt autem venerunt & viderunt vbi degeret, & apud eum fuerunt die illo: & erat quasi hora decima.

40 * Vnus autem ex ijs qui hæc audierant à Iouchanon & abierant post Ieschua, erat Andreas frater Schemeoun.

41 * Iste vidit prius Schemeon fratrem suum, & dixit ei, Inuenimus Messiham.

42 * Et adduxit eum ad Ieschua. Intuitus autem eum Ieschua, ait, Tu es Schemeon filius Ioana [Columbæ] tu vocaberis Kephas [Petra].

Ad Oblationem Dominicæ post Epiphaniam.

43 * Postrò die altero voluit Ieschua exire in Galilæam, & inuenit Philippum, dixitque ei, Post me veni.

29 * Altera die vidit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit † peccatum mundi.

30 * Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.

31 * Et ego nesciebam eum, sed vt manifesterur † in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.

32 * Et testimonium perhibuit Iohannes, dicens: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum.

33 * Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manétem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.

34 * Et ego vidi: & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.

35 * Altera die iterum stabat Iohánes, & ex discipulis eius duo.

36 * Et respiciens Iesum ambulantem, dicit: Ecce Agnus Dei.

37 * Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.

38 * Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi quod dicitur interpretatum Magister, vbi habitas?

39 * Dicit eis: Venite, & videte. Venerũt, & vidérunt vbi maneret, & apud eum mansérũt die illo: hora autem erat quasi decima.

40 * Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum.

41 * Inuenit hic primùm fratrem suum Simónem, & dicit ei; Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus.

42 * Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

43 * In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me.

29 * Τῇ ἐπαύριον βλέπει ὁ ἰωάνης τὸν ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

30 * οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν.

31 * κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ ἐν τῷ ὕδατι βαπτίζων.

32 * καὶ ἐμαρτύρησεν ἰωάνης, λέγων, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν.

33 * κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

34 * κἀγὼ ἑώρακα, καὶ μεμαρτύρηκα ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

35 * τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει ὁ ἰωάννης καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο.

36 * καὶ ἐμβλέψας τῷ ἰησοῦ περιπατοῦντι, λέγει, ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ.

37 * καὶ ἤκουσαν αὐτοῦ οἱ δύο μαθηταὶ λαλοῦντος, καὶ ἠκολούθησαν τῷ ἰησοῦ.

38 * στραφεὶς δὲ ὁ ἰησοῦς, καὶ θεασάμενος αὐτοὺς ἀκολουθοῦντας, λέγει αὐτοῖς, τί ζητεῖτε; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ῥαββεὶ, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον, διδάσκαλε, ποῦ μένεις;

39 * λέγει αὐτοῖς, ἔρχεσθε καὶ ἴδετε. ἦλθον καὶ εἶδον ποῦ μένει· καὶ παρ' αὐτῷ ἔμειναν τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη.

40 * ἦν ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς σίμωνος πέτρου, εἷς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ ἰωάννου καὶ ἀκολουθησάντων αὐτῷ.

41 * εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον σίμωνα, καὶ λέγει αὐτῷ, εὑρήκαμεν τὸν μεσσίαν· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον ὁ χριστός.

42 * καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς τὸν ἰησοῦν. ἐμβλέψας δὲ αὐτῷ ὁ ἰησοῦς εἶπε, σὺ εἶ σίμων ὁ υἱὸς ἰωνᾶ· σὺ κληθήσῃ κηφᾶς, ὃ ἑρμηνεύεται πέτρος.

43 * Τῇ ἐπαύριον ἠθέλησεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἰησοῦς, ἀκολούθει μοι.

Universidad de Deusto
Biblioteca

44 * Ipse verò Philippus erat ex Beth-saida [domo piscationis,] ex ciuitate Andreæ & Schemeoun.

45 * Philippus autem inuenit Nathanael, & dixit ei, Illum de quo scripsit Mosches in Lege, & in Prophetis, inuenimus, qui est Jeschua ille filius Jausephi ex Nozrath.

46 * Dixit ei Nathanael, A Nozrath potest quicquam boni esse? Dixit ei Philippus, Veni, & videbis.

47 * Vidit autem Jeschua ipsum Nathanael venientem ad se, & ait de eo, Ecce verè filius Israel, in quo dolus non est.

48 * Dixit ei Nathanael, Vnde me cognouisti? Respondit Jeschua, Priusquam te vocaret Philippus, quum esses sub ficu, vidi te.

49 * Respondit Nathanael & dixit ei, Magister mi, tu es ille filius Dei, tu es ille rex Israel.

50 * Dixit ei Jeschua, Propterea quòd dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? maiora his videbis.

51 * Dixit ei, Amin amin dico vobis, Videbitis cælos apertos, & Angelos Dei ascendentes & descendentes ad Filium hominis.

Matutinis Dominicæ qua ingreditur Ieiunium.

CAP. II.

1 Cæterùm die tertio factum est connubium in Kotne ciuitate Galilææ: matérque Jeschua illic aderat.

2 * Quin & ipse Jeschua, ac discipuli eius, vocatus est ad illud conuiuium.

3 * Et defecerat vinum, quum dixit ei mater ipsius Jeschua, Vinum non habent.

4 * Dixit ei Jeschua, Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.

5 * Dixit eius mater ministris, Quodcunque dixerit vobis, facite.

6 * Erant autem ibi hydriæ lapideæ sex positæ fuerant ad purgationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7 * Dixit eis Jeschua, Implete has hydrias aqua: & impleuerunt eas ad summum vsque.

44 * Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri.

45 * Inuenit Philippus Nathanael, & dixit ei, Quem scripsit Moyses in Lege & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph, à Nazareth.

46 * Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide.

47 * Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo, Ecce verè Israelita, in quo dolus non est.

48 * Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei, Prius quàm te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidi te.

49 * Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel.

50 * Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.

51 * Et dicit ei, Amen, amen dico vobis, Amodò videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes, supra Filium hominis.

CAP. II.

1 ET tertia die nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.

2 * Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

3 * Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent.

4 * Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.

5 * Dicit mater eius ministris, Quodcunque dixerit vobis, facite.

6 * Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundùm purificationẽ Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7 * Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.

44 * ἦν δὲ ὁ φίλιππος ἀπὸ βηθσαϊδὰ ἐκ τῆς πόλεως ἀνδρέου καὶ πέτρου.

45 * εὑρίσκει φίλιππος τὸν ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ, ὃν ἔγραψε μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ οἱ προφῆται, εὑρήκαμεν, ἰησοῦν τὸν υἱὸν ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ ναζαρέτ.

46 * καὶ εἶπεν αὐτῷ ναθαναὴλ, ἐκ ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; λέγει αὐτῷ φίλιππος, ἔρχου καὶ ἴδε.

47 * εἶδεν ὁ ἰησοῦς τὸν ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ, ἴδε ἀληθῶς ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι.

48 * λέγει αὐτῷ ναθαναὴλ, πόθεν με γινώσκεις; ἀπεκρίθη ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, πρὸ τοῦ σε φίλιππον φωνῆσαι, ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε.

49 * ἀπεκρίθη ναθαναὴλ καὶ λέγει αὐτῷ, ῥαββεί, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ ἰσραήλ.

50 * ἀπεκρίθη ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι εἶπόν σοι, εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις· μείζω τούτων ὄψει.

51 * καὶ λέγει αὐτῷ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.

β.

1 * Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν κανᾷ τῆς γαλιλαίας· καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ ἰησοῦ ἐκεῖ.

2 * ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον.

3 * καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ ἰησοῦ πρὸς αὐτὸν, οἶνον οὐκ ἔχουσι.

4 * λέγει αὐτῇ ὁ ἰησοῦς, τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

5 * λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις, ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν ποιήσατε.

6 * ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς.

7 * λέγει αὐτοῖς ὁ ἰησοῦς, γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω.

אֲנָא לְכוֹן דְּמִן הָשָׁא הֲזוֹן שְׁמוּא ' דְּפִתְיוֹחִין וְסַלְאכְיָתְהָא כַּד סָלְקִין ' וְנַחֲתִין לְוָתָהּ בְּרַת וְאֶנְשָׁא ׃

וְלֵיוֹמָא דְּתַלְתָּא חֲנוֹ ' מְשְׁתַּתָּא בְּקַטְנָא סְרִינְקָא דְּגַלְיָלָא וְאִמֵּהּ דְּיֵשׁוּעַ תַּמָּן הֲוָת ׃

וְאִזְמַר לָהּ לְמֵשְׁתַּיָתָא ' אֲתָת לְוָתֵהּ וְאָמְרָא לָהּ אֲמָה לֵישׁוּעַ חַסְרָא לוֹת לְחֹן ׃

אֲמַר לָהּ יֵשׁוּעַ מָא לִי וְלָכִי אִנְתְּהָא לָא עַדְכִיל ' אִתַּת שְׁעָתִי ׃

אֲמְרָא אִמֵּהּ ' לְמְשַׁמְשָׁנֵא מַדְמָא דְּאֲמַר לְכוֹן עֲבִדוּ ׃

אִיתּ תַּמָּן תַּמְנָא כַּרְאֲפָא שׁוּת ' דְּמִסְתַּן ' לְתַדּוּכְיָתָא דְּיְהוּדָיֵא ' דְּאָחֲדָן תַּרְתִּין תְּרַיָּן סָאִין

אֲמַר לְהוֹן מַלְיוּ אַנְיָן מַיָּא לְאַנְפָא וְמַלְיוּ אֲנְיָן עַרְמָא לְעֵל ׃

Universidad de Deusto
Biblioteca

ܐ ܐܡܪ ܠܗ̇ ܝ̈ܫܘܥ ܗܐ ܥܕ ܗܫܐ ܐܬܝ ܘܫܪܝ ܘܢܣܒ ܟܣ̈ܐ ܘܢܫܬܐ ܠܟ ܘܐܢܬ ܐܡܪ ܠܐ ܐܬܝ ܐܠܐ ܕܐܢ ܐܬܝ ܐܢܐ ܐܫܬ̈

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matutinis Dominicæ post Epiphaniam & de Baptismo.

23 * Quum autem esset Jeschua in Ourschelem in Pezcho die festo, multi crediderũt in eum, qui viderunt signa quæ edebat.

24 * Ipse autem Jeschua non credebat ei semetipsum, quippe qui nosset omnes.

25 * Nec indigeret vt quisquam ei testaretur de quouis homine, ipse enim nouerat quid esset in homine.

CAP. III.

1 ERat autem ibi vnus ex Perischeis, cui nomen erat Nikodimous princeps Iudæorum.

2 * Hic venit ad Jeschua noctu, & dixit ei, Magister mi, scimus te à Deo missum, qui doctorem: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu edis, nisi qui Deum habeat secum.

3 * Respondit Jeschua, & dixit ei, Amen amen dico tibi, Nisi quis genitus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.

4 * Dixit ei Nikodimous, Qui fieri potest vt nascatur homo senex? nunquid potest in vterum matris suæ duabus vicibus introire & gigni?

5 * Respondit Jeschua & dixit ei, Amen amen dico tibi, Nisi quis genitus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi regnum Dei.

6 * Quod natum est ex carne, caro est: quod natum est ex Spiritu, Spiritus est.

7 * Ne mireris quòd dixerim tibi, Oportet vos nasci denuò.

8 * Spiritus quò loci vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat & quò vadat: ita est quisquis genitus est ex Spiritu.

9 * Respondit Nikodimous, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?

10 * Respondit Jeschua & dixit ei, Tu es Ector in Jsroel, & hæc nescis?

11 * Amin amin dico tibi, Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non recipitis.

23 * Cùm autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quę faciebat.

24 * Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes.

25 * Et quia opus ei nõ erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

1 * Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων.

2 * οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ῥαββεῖ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος· οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ.

3 * ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

4 * λέγει πρὸς αὐτὸν νικόδημος, πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι;

5 * ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

6 * τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι.

7 * μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι, δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν.

8 * τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος.

9 * ἀπεκρίθη νικόδημος καὶ εἶπεν αὐτῷ, πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;

10 * ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ, σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

11 * ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 * Si terrena dixi vobis, neque creditis quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis mihi?

Matutinis mediij ieiunij.

13 * Porrò nemo ascendit in cælum nisi qui descendit è cælo, Filius hominis qui ipse est in cælo.

14 * Et quemadmodum extulit Moyses serpentem in deserto, ita futurum est vt exaltatur Filius hominis.

15 * Vt quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

16 * Ita enim dilexit Deus mundum vt Filium suum vnicum dederit, vt quisquis credit in eum, nō pereat, sed habeat vitā æternā.

17 * Non enim misit Deus Filium suum in mundum vt condemnet mundum, sed vt seruetur mundus per eum.

18 * Qui credit in eum non condemnatur, qui verò non credit, iam condemnatus est, quia qui non credit in nomen vnigeniti Filij Dei.

19 * Hæc est autem condemnatio, quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras potius quàm Lucem, fuerunt enim eorum opera mala.

20 * Quisquis enim odiosa mala agit, odit Lucem: nec venit ad Lucem, ne arguantur opera eius. 21 * Qui verò agit veritatem, venit ad Lucem vt innotescant opera ipsius, quia in Deo facta sint.

Ad Oblationem Eucæristiæ Ecclesiæ.

22 * Postea venit Jeschua & discipuli eius terram Jihoudææ, & illic conuersabatur cum eis, & baptizabat.

23 * Baptizabat autem & Iouchanon in Enoun, quod est iuxta crepidinem Schalim: quoniam aquæ erant illic multæ: & veniebant & baptizabantur.

24 * Nondum enim coniectus fuerat Iouchanon in domum vinctorum. 25 * Orta est autem quæstio ex discipulis Iouchanon cū Iudæo quodam de purgatione.

26 * Et venerunt ad Iouchanon, & dixerunt ei, Magister noster, Is qui tecum erat trans Iourdenon, de quo testimonium perhibuisti, en ipse baptizat, multique veniunt ad eum.

12 * Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?

13 * Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis qui est in cælo.

14 * Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis:

15 * Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

16 * Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

17 * Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

18 * Qui credit in eum, non iudicatur. qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non † credidit in nomine vnigeniti Filij Dei.

19 * Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim eorum mala opera.

20 * Omnis enim qui †malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

21 * Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

22 * Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam: & illic morabatur cum eis, & baptizabat.

23 * Erat autem & Iohannes baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. 24 * Nondum enim missus fuerat Iohannes in carcerem.

25 * Facta est autem quæstio ex discipulis Iohannis cū Iudæis de purificatione.

26 * Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

12 * εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;

13 * Καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

14 * καὶ καθὼς μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου·

15 * ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

16 * οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

17 * οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

18 * ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ.

19 * αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς· ἦν γὰρ πονηρὰ αὐτῶν τὰ ἔργα.

20 * πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

21 * ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα· ὅτι ἐν θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

22 * Μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν, καὶ ἐβάπτιζεν.

23 * ἦν δὲ καὶ ἰωάννης βαπτίζων ἐν αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ· καὶ παρεγίνοντο καὶ ἐβαπτίζοντο.

24 * οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ ἰωάννης.

25 * ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν ἰωάννου μετὰ ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ.

26 * καὶ ἦλθον πρὸς τὸν ἰωάννην, καὶ εἶπον αὐτῷ, ῥαββεί, ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 * Respondit Iouchanon, & dixit eis: Non
potest homo recipere quicquam ex animi sui
voluntate, nisi datum ei fuerit de cælo.
18 * Vos estis mihi testes me dixisse: Non sum
Meschicho, sed missus sum coram eo.
19 * Qui habet Sponsam, Sponsus est: amicus
autem Spōsi illius, qui stat & audit eum, gau-
dio magno gaudet propter vocem Sponsi. Hoc
ergo gaudium meum ecce impletum est.
20 * Illum oportet crescere, me verò minui.
21 * Is enim qui supernè venit, supra omnes
est: is autem qui de terra, de terra est, &
terrena loquitur: is qui è cælo venit, supra
22 omnes est. * Et quod vidit & audiuit, testa-
tur: & testimonium eius nemo recipit.
23 * Qui autem recipit eius testimonium, ob-
24 signauit Deum esse verace. * Is enim quem
Deus misit, verba ipsius Dei loquitur: non
enim in mensura dedit Deus Spiritum.
25 * Pater diligit Filium, & omnia dedit in
manus eius.
26 * Qui credit in Filium, habet vitam
æternam: qui verò nō †satisfactus est de Filio,
non videbit vitam, sed ira Dei commanet
super eum.
† ܕܥܘܢ hoc in loco plura significat quàm ve-
rbo exprimi possit.

CAP. IIII.

1 COgnouit autem Jeschua audisse Pha-
risæos ipsum discipulos multos facere,
magisque baptizare quàm Iouchanen:
2 (Quamquam ipse Jeschua non baptiza-
ret sed discipuli eius.)
3 * Et reliquit Jihoudaam, & reuer-
sus est rursum in Galilæam.

Nocte diei genuflexionis Pentecostes.

4 * Opus autem erat ei vt veniens tran-
siret per Schamaritanos.
5 * Venit itaque in vrbem Schamarita-
norum, quæ vocatur Schocar, iuxta tene-
mentum agri, quem dedit Jaakoub Josephi filio
suo.
6 * Eratque ibi fons aquarum Jaakobi.
Jeschua autem fatigatus erat ex labore
itineris, sedebatque ad fontem, & erat ho-
ra sexta.

17 * Respondit Iohannes & dixit, Non
potest homo accipere quicquam, nisi
fuerit ei datum de cælo.
18 * Ipsi vos mihi testimoniū perhibe-
tis, quod dixerim, Non sum ego Chri-
stus: sed quia missus sum ante illum.
19 * Qui habet sponsam, sponsus est:
amicus autem sponsi qui stat & audit
eum, gaudio gaudet propter vocē spon-
si. Hoc ergo gaudium meum impletum
est.
20 * Illum oportet crescere: me autem
minui.
21 * Qui desursum venit, super omnes
est. Qui est de terra, de terra est, & de
terra loquitur. Qui de cælo venit, super
22 omnes est.
* Et quod vidit & audiuit, hoc te-
statur: & testimonium eius nemo ac-
cipit.
23 * Qui †accepit eius testimonium, si-
gnauit quia Deus verax est.
24 * Quem enim misit Deus, verba Dei
loquitur, non enim ad mensuram dat
Deus Spiritum.
25 * Pater diligit filium: & omnia dedit
in manu eius.
26 * Qui credit in Filium, habet vitam
æternam: qui autem incredulus est filio,
non videbit vitam, sed ira Dei manet su
per eum.

CAP. IIII.

1 VT ergo cognouit Iesus quia audie-
runt Phariſæi quòd Iesus plures di-
scipulos facit, & baptizat, quàm Iohan-
2 nes.
* Quanquam Iesus non baptizaret,
sed discipuli eius:
3 * Reliquit Iudæam, & abijt iterum in
Galilæam.

4 * OPORTEBAT autē eum transire
per Samariam.
5 * Venit ergo in ciuitatem Samariæ
quæ dicitur Sichar, iuxta prędium quod
dedit Iacob Ioseph filio suo.
6 * Erat autem ibi fons Iacob. Iesus er-
go fatigatus ex itinere, sedebat sic supra
fontem, hora erat quasi sexta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Venit autem mulier ex Schomeronis hauriret aquam: & dixit ei Jeschua, Da mihi aquam bibendam.

8 Porrò discipuli eius introierant in urbem vt emerent sibi cibum.

9 Dicit ei mulier illa Schamaritana, Quomodo tu, Jihoudæus cùm sis, à me petis potum quæ sum mulier Schamaritana? nulla enim intercedit familiaritas Jihoudæis cũ Schamaritanis.

10 Respondit Jeschua & dixit ei, Si scires donum illud Dei, & quis est ille qui dicit tibi, Da mihi potum, tu petijsses ab eo, & dedisset tibi aquas viuas.

11 Dicit ei mulier illa, Domine mi, fistulam non habes, & puteus profundus est, vnde nam tibi sunt aquæ viuæ?

12 Nunquid tu es maior patre nostro Jaakoub, is qui dedit nobis puteum hunc, vt ipse ex eo bibit & filij eius ac eius cauti?

13 Respondit Jeschua & dixit ei, Quisquis bibet ex istis aquis, iterum sitiet.

14 Quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternũ: sed aquæ quas ego dabo ei, fient in eo fons aquarum salientium in vitam æternam.

15 Dicit ei mulier illa, Domine mi, da mihi ex his aquis, ne rursus sitiam, nec veniam hinc hauſtum.

16 Dixit ei Jeschua, Abi voca virum tuum, & veni huc.

17 Dicit ei, Non habeo maritum. dixit ei Jeschua, Benè dixisti, Non habeo maritum.

18 Quinque enim maritos habuisti, & qui quem nunc habes, non est maritus tuus, hoc verum dixisti.

19 Dixit ei mulier illa, Domine mi, video te esse prophetam.

20 Patres nostri in hoc monte adorarunt, vos autem dicitis in Ourischlem esse locum vbi oportebat adorare.

22 Dicit ei Jeschua, Mulier crede mihi, venit hora, quum neque in hoc monte, neque in Ourischlem adorabitis Patrem.

7 Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere.

8 Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.

9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coëuntur Iudæi Samaritanis.

10 Respondit Iesus & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

11 Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam?

12 Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?

13 Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:

14 Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15 Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam: neque veniam huc hauſturę.

16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17 Respondit mulier, & dixit, Non habeo virum. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, quia non habeo virum.

18 Quinque enim viros habuisti: & quem nunc habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti.

19 Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu.

20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.

21 Dicit ei Iesus, Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neq; in monte hoc neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

22 Vos adoratis quod nescitis, nos autem adoramus, quod scimus; nam vita [salus] ex Jhoudæis est.

23 Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate; etenim Pater tales adoratores poscit.

24 Spiritus enim est Deus, & ij qui adorant eum in Spiritu & veritate oportet vt adorent.

25 Dicit ei mulier illa, Scio Meschicho ese venturum, & quum venerit ille docebit nos omnia.

26 Dixit ei Jeschua, Ego sum qui loquor tecum.

27 Eoq; loquente venerunt discipuli eius, & mirati sunt eum cum muliere loquentem: autem dixit, Quid quæris? aut quid loqueris cum ea?

28 Et reliquit hydriam suam mulier, & profecta est in vrbem, dixitque:

29 Venite, videte virum qui dixit mihi quicquid feci: numquid ipse est Meschicho?

30 Itaq; exierunt ex vrbe quidam, venerunt ad eum.

31 Et interea efflagitabant ab eo discipuli eius dicentes ei, Magister noster comede.

32 Ipse verò dixit eis, Est mihi cibus vt comedam quem vos nescitis.

33 Dicunt discipuli inter se, Num quis attulit ei quid edendum?

34 Ait illis Jeschua, Cibus meus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam eius opus.

35 Nonne dicitis, Post quatuor menses venit messis? Ecce dico vobis, Attollite oculos vestros, & spectate terras, quippe quæ albescant, & iam peruenerint ad messem.

36 Porro is qui metit, mercedem accipit, congregatq; fructus in vitam æternam: vt & qui seminat, simul gaudeat & qui messem parsiter gaudebunt.

37 In hoc enim sermo ille verus est, Alius est qui seminat, & alius qui metit.

38 Ego misi vos ad id metendum in quo non laborastis: alij siquidem laborauerunt, & vos introistis in laborem eorum.

22 Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est.

23 Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

24 Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

25 Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. cum ergo venerit, ille nobis nunciabit omnia.

26 Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum.

